Q. 5414
Qu. 190.
III, 70
Zc 4927
X 2052

Q. B. V.

JO. FRID. MAYERI,

S. S. Th. Doct. P. P. Augustiss. Svec. Regis Consiliarii
in Sacris Primar. & ad D. Jac Pastoris Hamb.

De

CATHARINA LUTHERI CONJUGE.

Dissertatio.

Respondente
MICHAELE RICHEY, Hamburgensi.
Solenniter habenda
Die 17. Febr. A. 1699.

HAMBURGI, Typis NICOLAI SPIRINGI,
Et Lipsiæ apud THOMAM FRITSCH.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
Universitäts-Bibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-85341-p0002-2

Pietate, eruditione, morumque
elegantia Nobilissimo Juveni

DN. MICHAELI RICHEY

Amico atque Auditori valde suo

S. P. D.

JO. FRIDERIC. MAYER D.

Vod hancce de Lutheri Conjuge commentationem, quæ festinandi quadam voluptate mihi fluxit, Tibi inscribam, Tuoque consecrem nomini, præter consvetudinem id quidem meam, juretamen facio. Cui enim potius illa debeatur quam Tibi, vel quis præter Te illam rectius sibi vindicet, qui non modo ad excudendam illam sumtus

elargiendo, sed longe magis defendendo pro Cathedra, & a doctissimorum Antagonistarum insultibus eam asserendo, Tibi merito tribuis. Sit igitur maneatque, cum largissimo omnigenæ benedictionis Divinæ voto, Tua.

At enim accedit & alia ratio, quæ me præsenti occasione, ut hanc exercitationem Tibi nuncuparem, vel præcipue impulit. Cum enim à pluribus annis mihi, aliisque Doctoribus Tuis pietatem, industriam, egregios in literis factos progressus, tum modestiam compositosque ad humanitatem & elegantiam mores, ita probaveris, ut singulari ornamento esse Gymna-

ſio noſtro videre: has ego virtutes tuas egregias, dignumque omnium bonorum amore ingenium tuum, ſine teſtimonio publico dimittere nefas arbitratus ſum. Nihil enim magis deſidero, quam ut quemadmodum Te ſtudioſæ Juventuti noſtræ in exemplum induſtriæ quod imitentur, non dubito proponere, ita etiam hac commendatione mea Tibi apud Patronos Mæcenatesque literarum, ubi illis haſce paginas exhibiturus es, via ad illorum favorem amoremque aperiatur ac quaſi muniatur. Tantum votis meis Divina reſpondeat benignitas, & Tibi in ſpem ac ſolatium Eccleſiæ nato, ſanitatem incolu-

men, vires ingenii & corporis integras conſervet, producatque vitam, hoc enim virtutum & doctrinæ ſtadium decurrere, ſiita, ut cœpiſti, perrexeris, id certo auſim vel conſcientiæ fide polliceri, Eccleſiam olim in Te habituram virum, de quo gaudere & merito gratulari ſibi poſſit. Ego quidem ſi ullain re vel ſtudiâ Tua locupletare, vel Tuis gratificari deſideriis, vel conſilio, ope adeſſe Tibi potero, nunquam permittam meum in Te amorem à quoquam inſerviendi alacritate ſuperari. Vale, Juvenis in paucis mihi dilectiſſime. Scripſi Hamburgi in Muſeo, Idibus Febr. Anni Chriſtiani CIↃ IↃCXCVIII.

Jeſu

JESU Fortunante!

PROOEMIUM.

Fidissimæ Lutheri conjugis cineres, ab Evangelicam fidem professis, infami silentio dehonestatos ac veluti sepultos esse, ita sibi persvasum habent Pontificii, ut vice plus simplici id mihi Lojolitæ coram, qvando privatim cum illis colloqvendi data fuit occasio, objecerint, sed & famosus ille & impudentissimus mendaciorum ac calumniarum consarcinator *Conradus VVetterg* publicis inseruerit chartis **in seinen zwey hundert Luthern.** Ita enim Alastor illę criminatur p. 47. **in seinem Kätischen Luther:**

Man hört kein Wort von Luthers Käth/
Und weiß kein Mensch/ wies mit ihr steht/
Sie war des theuren Luthers Braut/
Von ihren Tod ist man klein laut.

Wer solte gemeinet haben/ daß man von der heiligen ausgesprungenen Nunnen Käthe/ des heiligen ausgesprungenen Münchs Luthers Beyschläferin/ nicht eine hinterlassene

Legendt/ oder aufs wenigste eine Leichpredig haben noch finden solte/ was doch eine so grosse Prophetin / eines so grossen Prophetens/ für ein Leben geführet / oder für ein End genommen. Ey wie still?

Qvam vero frustra de silentio isto tripudient, qvantamq; vim inferant veritati, cum nostrates Catharinæ Lutheri veluti suppudere, adeoq; rebus ejusdem tenebras de industria suffudisse objectant, præsenti dissertatione omnium oculis exponere constitui. Qvamvis enim aliàs conflictandum hoc tempore sit mihi cum recentibus conviciis & criminationibus Pontificiorum, qvi crabronum instar, innoxiis justissimisq; Rahelis lacrymis irritati, in me undiqve & catervatim irruunt, ne tamen propterea vel in veritate asserenda me fatigari, vel in eorum calumniis retundendis animum remittere existiment, jam de uxore Lutheri, libero ac satis tranqvillo animo, ex antiqvioribus monumentis paulo fusius agam, qvamq; ætas illa minime negligens fuerit in rebus Catharinæ Lutheri ab oblivione asserendis, ad oculum demonstrabo. Qva vero fronte, qvo animo adversarii nobis beatam *Catharinam Boriam* objicient, cum ipsi, vere pudendam hujꝰ nominis sanctulam habeant domi, fabulosam nempe illam *Catharinam*, cujꝰ memoriam ad infame silentium jam damnare necesse habent. *Catharinam*, qvam alii ab Hecate, *Hecatharinam*

dicere

dicere malunt, Palladem, ut Papicolis illis placet Christianam, qvam Cosli Regis Ægypti filiam fuisse, & sub Maxentio martyrium subiisse fingentes, pro sancta Philosophorumqve patrona per plura secula coluere. Parisienses vero, qvibus nemo ante fuerat confictæ hujus sanctæ cultor observantior, historiam Catharinæ *ex breviario* suo solenniter ejecerunt jussu *Francisci Harlæi* Archiepiscopi Parisiensis, Anno 1680. ceu refert *Ægidius Menagius* scriptor Pontificius in historia mulierum Philosopharum p. 38. Ut omittam qvæ de Johanne Launojo leguntur in *Hadriani Valesii* Valesianis p. 36. *Johannes Launojus Theologiæ Doctor ex Calendario suo eraserat. S. Catharinam virginem & Martyrem. Pro fabula enim habuit, qvæ de illa feruntur. Ut ostenderet, qvam parum fidei deferret ejus legendæ, qvotannis festo illius die recurrente dicere solitus est Missam Reqviem.*

Qvis jam non fatebitur, longe minus vitio verti debuisse nostris, etiamsi res Catharinæ Lutheri perpetuo silentio involvissent, qvam culpandi sunt omnium cordatorum judicio Pontificii, legendam mirificam & incredibilem fabulosæ contexentes Catharinæ.

Melius enim consulitur Ecclesiasticæ veritati, rerum qvæ non adeo exploratæ, silentio, qvam mendacio, veris licet admixto, atque adulteratæ orationis eloqvio, ut de Catharinæ legenda agens recte dicit *Baronius* ad A. C. 317. sect. 23. Verum jam deinceps qvam in rebus conjugis Lutheri, memoriæ tradendis, minime negligentes qvoqve

fuerint noſtri, videamus. *Deus porro veritatis hoſtes confundat, & deducat in viam!* Amen.

ARGUMENTUM DISSERTATIONIS.

CAtharinæ, *Lutheri Conjugis, genus. Pater ex gente nobili* de Bora. *Notatus* Eraſmus & Antonius Varillaſius. *Frater* Catharinæ, Johannes à Bora. *Mater* Haubizia. §. 1. Varillaſii *plauſtra mendaciorum de* Catharina Boria. Pufendorfii *de* Varillaſio *judicium.* Catharina *non* Abbatiſſa *ſed* monialis Ciſtercienſis *in monaſterio* Nymitſchenſi. *Specimen pudoris Pontificii, negantis* Lutherum *fuiſſe* Auguſtinianum. §. 2. Catharina *cum aliis octo virginibus è monaſterio liberata, quarum nomina recenſentur. Aliæ moniales hoc factum imitatæ.* Lutherus *non fuit* raptor, *etſi hanc fugam ſuaſit & defendit, & profugis de victu ad tempus proſpexit. Octo illæ virgines non fuere* Catharinæ ſorores, *propriè accepto* ſororum *vocabulo.* §. 3. Catharina Wittebergam *delata ibi in* Reichenbachii *ædibus honeſte vixit.* Cochlei, Huberi, Lindani, & Maimburgii *calumniæ explodantur.* §. 4. Catharina *Doctoris* Glacii *conjugium, cui eam* Lutherus *elocare volebat, conſtanter reſpuens.* §. 5. *Num vivo* Friderico Electore *non auſus ſit Lutherus inire matrimonium? Oſtenditur eum prius omnino cœlibem perſiſtere voluiſſe.* §. 6. *Num ſingulari* Catharinæ *pulchritudine captus* Lutherus *eam ſibi jam pridem deſtinaverit conjugem? De forma* Catharinæ, *ejusq; effigies, quam collatis inter ſe tribus à* Luca Cranachio *ad vivum pictis exprimi & in fronte hujus diſſertationis poni curavimus. Quibus cauſis permotus* Lutherus *priore conſilio improbato conjugium prætulerit, &* Catharinam *præreliquis ſponſam ſibi delegerit?* §. 7. *Ætas ſponſi & ſponſæ.*

ſponſæ. Boſſuetus *notatus. Tempus & locus nuptiarum, & qvibus præſentibus illæ celebratæ. Qvod non clandeſtinum fuerit Lutheri connubium. De convivio qvod pro teſtimonio conjugii deinde ſolenniter inſtituit. Literæ* Lutheri *invitatoriæ ad amicos.* Senatus Wittebergenſis *donativa in Lutheri nuptias.* §. 8. *Varia ſiniſtra judicia de accelerato Lutheri conjugio, tum amicorum, tum hoſtium Pontificiorum.* Emſeri *calumnioſum Epithalamium* Raynaudo *laudatum & recoctum, cui præmii & redhoſtimenti loco offertur Comœdia Anglica* the mariage of the Pope. §. 9. *Utrum gravidam ſe ante nuptias ſimulaverit* Catharina, *vel num paucis diebus poſt nuptias pepererit. Calumniaipſo* Eraſmo *fatente, qvi eitemere primum fidem habuerat. Alia mendacia Pontificiorum exploduntur.* Melanchthonis *Epiſtolæ ad* Camerarium *de Lutheri conjugio.* §. 10. *Cauſæ accelerati à Luthero matrimonii, & qvare cum Melanchthone aliisqve amicis ſuis id conſilii non communicaverit.* §. 11. *Realiisqve amicis ſuis id conſilii non communicaverit. Reiunduntur adverſariorum convitia, qvi invidiam majorem* Luthero *facere conati ſunt, qvod flagrante bello ruſtico inire non dubitarit conjugium.* §. 12. *Qvare* Melanchthoni *in matrimonio triſtior viſus fuerit* Lutherus. *Non captum eſſe illum conjugii pœnitudine.* Catharina *uxor tenerrime ſemper adamata* Luthero, *cum qva ditior ſibi qvovis Cræſo viſus eſt.* §. 13. *Fœcunda mater* ſex liberorum *qvorum tempus nativitatis nominaqve recenſentur.* §. 14. *De* Johanne *filio primogenito. Ingenium ejus alacre ſeverâ patris diſciplinâ præclare habitum. Lutheri ad filium admonitio accommodata genio ejus puerili.* §. 15. Johannis Wilhelmi *Ducis Saxoniæ Epiſtola hactenus ἀνέκδοτος ad Johannem Lutheri filium etiamnum adoleſcentem.* §. 16. *Lutheri acre judicium de* Eraſmo *ad Johannem filium. Plura de vita, conjugio, muneribus & obitu Johannis Lutheri.* §. 17. Elisabetha *filia, brevi poſtqvam genita eſſet extincta. Ejus Epitaphium.*

phium. Magdalena *à Patre unà cum* Johanne & Martino *diligenter edocta capita Christianæ religionis. Ejus morbus & præmatura mors, parentumqve circa eandem animus patientissimus. Epitaphium.* §. 18. 19. *De* Martino *filio, Ejusqve Epitaphium.* §. 20. *De* Paulo *complura.* §. 21. 22. *Ejus liberi posteriqve* §. 23. *De* Margarita *natu minima ex Lutheri liberis.* §. 24. Catharina *uxor Lutheri an imperiosa? Lutherus num maritus* obseqventissimus. *Vetus Inscriptio* Æmilii Valerii Corinthi *tumulo ab uxore imposita. Qvo sensu* Catharinam Dominum suum *appellaverit* Lutherus. *Graves ejus literæ adversus Gynæcocratiam ex avthographo recensetur. Pontificiorum calumniis Pontifices maximi* servi servarum *objecti. Curiosus nmus aureus in* Innocentium Decimum & Donnam Olympiam Maldachinam *cusus* §. 25. Catharina *uxor Lutheri amantissima ejus & magnam & sollicitam curam habens, qvod variis haud vulgaribus argumentis ostenditur. Patientissima item, marito per morbum in præsentissimum vitæ periculum adducto. Verbi etiam divini studiosissima.* §. 26. *Literæ* Viti Dieterici *ad* Catharinam *ex qvibus ejus de marito cura ac sollicitudo perspicitur.* §. 27. *Lutheri iter in patriam Islebiam, & beatus ibi obitus absente Catharina, qvæ tres filios ipsi comites dederat. Catharinæ gravissimus luctus & in luctu animi constantia. Funus Witebergæ deductum uxor curru vecta sequitur.* §. 28. *Vidua pie degit* Witebergæ. *Qvare ibi permanserit, cum vivus etiam Lutherus eam hortatus esset Witeberga discedere? Votum pro perennanti Witebergensis Academiæ felicitate! Bugenhagii & Ludimagistror. Witteberg. amor adversus Lutheri Sepulchrum.* §. 29. *Dedita urbe, pulsa in exilium. Ejus in exilio calamitates. Variæ Donationes principum qvibus ejus mediocres facultates auctæ à* Christiano III. *Rege Daniæ, ab* Electore Sax. & Comitibus Mansfeldensibus. *Lutheri testamentum qvo prædium Zeulsdorf dotalitii nomine uxori assignavit.* §. 30. *A Luthero liberum*

liberum ipsi relictum utrum ad secunda vota transire vellet, nihilominus vidua illa maritum lugens ad obitum usqve. Ejus Witebergam reditus, & ingruente Pestilentia iter Torgaviam, *ejusqve in itinere isto infelix lapsus, qvi paulo post, vitam Torgavia finire coëgit. Mors, Sepulchrum, Epitaphium & Programma funebre. §. 31. 32.*

§. I.

CAtharinæ castissimæ lectissimæqve Lutheri conjugis nec patrium nec Matris genus obscurum est. Pater ejus originem debuit pervetustæ nobilium *de Bohrà* genti, qvam *Erasmus* lib. XVIII. Epist. 11. minus recte *claram familiã Bornæ* vocat, castigatus eo nomine à Clarissimo *Bælio* T. I. Lexici historici p. 626. Rectius utiqve *Boriæ* vel *Boranæ*, vel *à Bora* dixisset, ita enim nomen illud à scriptoribus, qvibus familia illa perspecta fuit, & ab ipso Luthero exprimitur. Aus dem adelichen Geschlechte deren von Bore/ so in dem Chur oder Hertzogthum Sachsen zu Stein-Laußnitz seßhafft gewesen/ wie aus der Ritterschafft im Chur-Kreyß Erbhuldigung zu Wittenberg zu ersehen. Qvæ in *Bibliis Vinariensibus* annotata offendimus. Vehementer vero fallitur *Antonius Varillasius* in historia Hæresium, qvam omni procul pudore & fide ex figmentis & calumniis contexuit lib. 7. p. 86. narrans Catharinam de Bora, illustri genere (*d'illustre Maison*) natam fuisse. Modicæ enim & fere obscuræ, eqvestri licet familiæ originem debere, ostendimus. Confer *Seckendorfii τὸ μαναρίτης* comment. de Historia Lutheranismi lib. I. p. 273. Fratrem habuit *Johannem à Bora*, qvem Lutherus A. 1542. commendavit *Joh. Friderico* Electori Saxoniæ, ut ei de aliqvo munere prospicere vellet, ablata ei, qvam eo usqve habuerat, procuratione monasterii Virginum Lipsiensium, invidia ut Lutherus suspicabatur D. *Simonis Pistoris*, qvam veteris offensæ ex Lutheri scriptis tempore Georgii Ducis non citra aculeos in Simonem editis, conceptæ, memorem esse putabat, in Literis ad Electo-

Electorem hucusqve ineditis, qvarum argumentum vide apud eundem *Seckendorfium* l. 3. p. 381. Mater ejus prognata est ex nobili gente *Haubiziorũ*, ut constat ex tabula Lutheri Genealogica, qvã insertam videre est Parti qvartæ *Consiliorum Witebergensium* p. 17.

§. 2.

Varillasius, etsi ex illustri gente natam Catharinam scripsit, *tam inopem nihilominus fatetur, ut eam pater non habens unde dotem daret, in Monasterium Misniæ Vimigrense duobus à Witeberga milliaribus* (ita illud vocat, situmqve ejus describit lib. 6. Hist. p. 6.) *abdiderit, ipsa non sponte sed ex desperatione consentiente. Assvetam tamen Monasticæ vitæ progressu temporis fuisse, & solatium habuisse tum ex sodalitio paris conditionis virginum, tum qvod parentes ambitioni illius satisfacturi Abbatissæ munus illi procurassent.* Hæc *Varillasius* in jam memorato opere, qvod *Samuel Pufendorfius* recte affirmat inscribendum esse *plaustra mendaciorum*, Varillasii tausend Lügen. Sane verum est, Catharinam Boriam virginem degisse, educatamqve fuisse in Monasterio: unde vero Varillasio constet, id ex egestate parentum accidisse, neqve ipsam nisi ex desperatione consensisse, nemo facile dixerit. Falso etiam Monasterium illud vocatur *Vimigrense*, qvale nullum est, fuitqve iis in locis, ubi illud fingit Varillasius. Catharinam verò nutritam esse constat in Monasterio *Nymitschensi*, qvod Moldæ fluvio vicinum est prope Grimmam Misniæ opidum, cujꝰ ego ephoriæ antistitem olim per plures annos egi Deo laboribus meis benigne annuente. Neqve illaudatum initio fuit Monialium sive *Nonnarum*, ut Ægyptio vocabulo vulgo appellamus, institutum. Qvid enim jure reprehendas in illis, qvæ non coacte sed sponte libereqve cœlibem vitam degunt, qvo diligentius vacent precibus & cultui Divino? Qvam longe vero postea ab illa veterum Nonnarum sanctimonia recessum fuerit in Papatu, qvamq; id vitæ genus degeneraverit in non ferendum laqveum conscientiæ, qvi in æternum porro exitium

præcipites

præcipites dare ſolet, notius jam eſt, qvam ut pluribus id à me exponi ſit neceſſe. Vide B. *Dorſchei* Indicem iniqvitatis ad parallela Monaſtico Academica, fere per tot. Monaſterium porro in qvod Catharina Boria à parentibus tenera jam tum ætate data eſt, Monialibus *Ciſtercienſibus* tum dicatum erat, etſi nullam ejus Monaſterii mentionem reperio in Chronico ordinis Ciſtercienſis *Roberti Abbatis Bernardi*, & *Auberti Miræi*, miraborqve, ni futuri etiam ſint tam impudentes, qvi Catharinam iſtam Ciſtercienſem fuiſſe negabunt, uti non defuit, qvi inficiari auſus eſt, Lutherum fuiſſe Auguſtinianum. Ita enim de Stellartio *Theophilus Raynaudus* T. XVII. Opp. lib. de Apoſtaſia â religioſis ordinibus p. 44. *Cæterum qvod T. Proſper Stellartius in Nucleo Hiſtorico Regulæ S. Auguſtini p. 168. negat, Lutherum fuiſſe Ordinis ſui Auguſtiniani, verum eſt de ea congregatione & capite, & inſtituto à cæteris Auguſtinenſibus abjunctâ, qvam Stellartius profitebatur. At ſi dictum illud abſolute de ordine S. Auguſtini accipitur, ne refellendum qvidem eſt, non magis, qvam ſi qvis de meridie inficiari vellet, diem eſſe. Aptius honorem Ordinis ſui tutandum ea in parte ſuſcepit Leonardus Coqvæus in Antimornæo, cum exprobrante Pleſſæo, Lutherum fuiſſe Auguſtinianum, reſpondit: Ex nobis prodiit, ſed non erat ex nobis.* Non confundendum autem *Nimitſchenſe Ciſtercienſium* Monaſterium cum *Niemecenſi* haud procul Witebergâ, qvod erat *Canonicorum Regularium S. Auguſtini*, ſed incorporatum Petersbergenſi Cœnobio, ut notat *Seckendorfius* lib. 1. p. 273. At qvid Varillaſio facias, qvi Catharinam Boriam *Abbatiſſam Misniæ* parentibus ambitioni ejus gratificantibus evaſiſſe ſcribit? Nullam enim unqvam extitiſſe Abbatiſſam Misniæ perſpicuum eſt, nedum ut ea dignitate Boriam uſam fuiſſe Varillaſio temere credamus.

§. 3.

Monialis itaqve, non Abbatiſſa fuit Boria, cum à Monaſterio *Nimitſchenſi* Anno ætatis 24. qvi erat Chriſti 1523. ipſa hebdomade ſancta, qvæ Paſchatis feſtum præcedit, una cum aliis *octo* monialibus

bus feliciter evasit, ereptaqve est *Lutheri* beneficio. Qvod nec ipse postea clam habuit, sed statim etiam contra expectationem Leonhardi Coppenii aliorumqve qvi virgines liberaverant Apologiâ publice scripta manifestavit, im **Unterricht Ursach und Antwort/ das Jungfrauen Klöster göttlich verlassen werden.** T. 6. Witeb. p. 245. & T. 2. Altenburg. p. 310. unde nonnulla heic in lectoris gratiam apponere juvat.

Hie werdet ihr abermahl sagen/ das ist warlich heimlich gehalten und wohl verborgen/ ja verrathen und verkaufft/ daß auff mich erhetzet werden das gantze Kloster zu Nimpzschen/ weil sie nun hören daß ich der Räuber gewesen bin. Antwort ich/ ja freylich ein seliger Räuber/ gleich wie Christus ein Räuber war in der Welt/ da er durch seinen Tod dem Fürsten der Welt/ seinen Harnisch und Hausgeräth nahm/ und führt ihn gefangen; also habt ihr auch diese arme Seelen aus dem Gefängniß menschlicher Tyranney geführt/ eben um die rechte Zeit auff Ostern/ da Christus auch der seinen Gefängniß gefangen nahm. Daß ich aber solches ausruffe/ und nicht heimlich halte/ thue ich aus redlichen Ursachen. Erstlich daß es nicht darum ist durch mich angeregt/ das es solt heimlich bleiben/ dnn was wir thun/ das thun wir in GOTT/ und scheuen uns des nicht am Licht/ wolt GOtt/ ich könte auff solche oder andere Weise alle Gefangene Gewissen erretten und alle Klöster ledig machen. Ich wolte mich darnach nichts scheuen zu bekennen/ sambt allen/ die dazu geholffen hätten/ tröstlicher Zuversicht/ Christus der nu wieder hat sein Evangelium an Tag gebracht/ und des Antichrists Reich zerstöhret/ würde hie Schutzherr seyn/ obs auch das Leben kosten müste. Zum andern thue ichs/ der armen Kinder und ihrer Freundschafft Ehre zu erhalten/ denn wie hoch die blinden Frevel Richter solches auff Erden für Ketzerey und Abtrünnigkeit schelten (welchs sein Richter wohl finden wird) so haben wir doch das verwahret/ daß niemand sagen darff/ sie seyen durch lose Buben unredlich ausgeführet/ und ihrer Ehre in Gefahr sich begeben/ dieweil

man euch und die euren kan anzeigen. Dazu muß das jederman lassen ehrbarlich gehandelt seyn/ daß sie nicht einzelen / eine hie hinaus/ die ander da hinaus gelauffen sind/ sondern allesambt beyeinander mit aller Zucht und Ehre / an redliche Stäte und Ort kommen/ damit den Lastermäulern die Ursach genommen werde/ ihr lügenhafftige Zungen mit frommen Kindern zu wachsen. Denn daß sie solches wider GOtt und ihr Gelübd gethan / schellten / wolleu wir leiden und wagen. Zum dritten / zu warnen die Herrn von Adel/ und alle fromme Biederleute/ so Kinder in Klöster haben/ daß sie selbst dazu thun/ und sie heraus nehmen / auff daß nicht ärgers hernach folge. Dinn wiewol viel des Adels und Biederleute / der Sachen von Gottes Gnaden verständig / ihre Kinder oder Freundin wol gern heraus hätten/ und doch das Exempel scheuen/ die erste Bahn zubrechen. Nu aber sie sehen / daß so viel ehrbarer Kinder/ mit verwahrter Zucht und Ehre / die Bahn gebrochen haben/ und des bekäntlich sind / werden sie muhtiger und durstiger werden. Werden aber etliche zorniger/ daß muß man lassen geschehen/ und sich nicht verwundern. Denn sie dencken es sey unrecht / nachdem sie bißher verführt/ nicht anders gelehrt sind / es wird mit der Zeit besser werden. Das sey mein Entschuldigung gegen euch/ der Sünde halben/ daß ich solches euer Werck verrathen und offenbahret habe/ auff daß ich aber auch unser aller Wort rede/ bey meins der ichs gerahten und gebeten/ und euer mit den euren/ die ihrs ausgericht/ und der Jungfrauen/ die der Erlösung bedürfft haben. &c.

Noli autem *raptum* cogitare, cum audis, Boriam ejusqve sodales liberatam ereptamqve à Luthero. Neqve enim manus admovit, nec scalas fenestræ applicuit, nec eas è Monasterio protraxit. Sed vero doctrina sue scriptisqve, qvibus conjugium à DEO institutum, nec cœlibatui postponendum, Monachali autem ἐθελοθρησκείᾳ longe anteferendum esse ex sacro Dei Verbo invicte docuerat, vitæ Monasticæ tædium illis injecit, ut diutius vitæ illud genus ferre non possent, sed dato occasione se proriperent, inqve

libertatem aſſererent, qvarum deinde exemplum plures ſunt inſecutæ, ut *ſedecim* Virgines ex Monaſterio Widerſtetenſi in Mansfeldenſi comitatu, de qvibus Lutherus in literis ad Georg. Spalatinum 24. Jun. A. 1523. ſcriptis T. 2. Epiſt. p. 139. *Exivere moniales ſedecim è Monaſterio Widerſteten ſub comitibus Mansfeldenſibus, quarum undecim ad qvæſtorem Alſtetenſem venerunt, unde recepit qvinq; comes Albertus. Agitur igitur inter eos, an ſint ſervandæ vel ejiciendæ. Nondum autem finis, fertiliſſimus hic annus rerum novarum eſt, & erit ut video. Vale & ora pro me, ſimuleſtotecauti.*

De Boria ejusqve infuga ſociis idem ſcripſerat ad eundem Spalatinum in literis Witebergæ datis, ubi nomina ſingularum & qvibus adjuvantib9 evaſerint, refert ibid. p. 130. b. *Ad me venerunt novem iſtæ Apoſtatæ moniales. Vulgus miſerabile, ſed per honeſtos cives Torgavienſes advectæ nempe per Leonhardum Coppe & fratruelem ſuum & Wolfium Tomitſch, ut nihil ibi ſit ſuſpicionis iniqvæ. Miſeret me illarum valde, maxime autem & aliarum, qvæ ubiqve in tanto numero pereunt maledicta & inceſta illa caſtitate. Sexus iſte per ſeſe longe infirmiſſimus eſt, & ad virum naturâ imo divinitus conjunctus, tanta crudelitate ſeparatus perditur. O Tyrannos, ô crudeles parentes & cognatos in Germania. Sed te Papa & vos Epiſcopi qvis digne maledicat? Qvis veſtram cœcitatem & furorem talia docentem & exigentem ſatis execretur? ſed hic non eſt locus. Qvid cum illis agam? primum cognatis ſignificabo, ut eas ſuſcipiant, qvi ſi nolint, curabo eas alibi ſuſcipi. Nam eſt mihi promiſſio facta ab aliqvibus, aliqvas etiam matrimonio jungam, ubi potero. Sunt autem hæc earum nomina. Magdalena Staupitz, Elſa de Canitz, Ave Groſſin, Ave Schonfeld, & ſoror ejus Margaris Schonfeld, Laneta de Golis, Margaris Zeſchau, & ſoror ejus Catharina Zeſchau, & Catharina de Bora. Tales ſunt, qvibus opus eſt miſericordiâ vere, in qvibus Chriſto ſervitur, ſatis autem mirabiliter evaſere. Te autem oro, ut & tu opus charitatis facias, & pro me mendices apud aulicos tuos divites aliqvid pecuniæ, qva eas ad octiduum vel qvindenam aliqvam alam, donec eas commode ſuis*

cognatis

cognatis aut meis promissoribus tradam. Easdem virgines nominat Lutherus in calce scripti, qvo factum Coppenii Senatoris Torgensis virginumq; liberationem tuetur T. 2. Altenburg. p. 313. Idem aliâ ad *Spalatinum* epistola iterum eundem rogat, ut à principe saltim clam non nihil pecuniæ ad alendas virgines sibi conciliet, qvia Elector tunc videtur factum illud prudenter potius dissimulare, qvam publica approbatione se Cleri Pontificii invidiæ objicere voluisse. *Cæterum & collectæ nostræ non obliviscaris, simul & Principem volo moneas meo nomine, ut contribuat*, D ich wills fein heimlich halten/ und niemand sagen/ *qvod ipse dederit qvippiam pro Apostatis istis virginibus invito dictis & servatis.* T. 2. Epistol. p. 134. in literis scriptis Witebergæ fer. 4. post Misericordias Domini A. 1523. Qvod vero Virgines illæ octo, *Bariae sorores* à qvibusdam scriptoribus appellantur, ut à *Jac. Daniele Ernesto* in der neu zugerichteten Historischen Confect. Taffel. p. 223. Satis perspicuum est ex jam dictis, haud proprie ibi accipiendum esse sororis vocabulum.

§. 4.

Witebergæ itaqve commorata est Boria una cum liberationis suæ sociis, atq; ipsa qvidem commendante Luthero pervenit in ædes *Philippi Reichenbachii* archigrammatei, ubi per biennium honeste vixit, donec Lutherus morum ejus elegantia captus illam duceret. Consil. Witeberg. T. IV. p. 19. Anno 1523. bringen den dritten Ostertag etliche Torgische Bürger/ Leonhard Koppe und sein Vetter Wolff Dommitz neun adeliche Jungfrauen aus dem Kloster Nimptzschen nach Wittenberg/ welche hernachmahls Lutherus bey ehrlichen Leuten unterbracht/ und ist unter ihnen Käta von Bora zu den Stadtschreiber Herr M. Philippo Reichenbachen/ so in der Bürgermeister Gassen gewohnet/ auch Licentiat und Burgermeister hernach worden/ da sie sich stille und wol verhalten/ welches Lutherum bewogen/ daß &c. &c. Meræ itaqve & impudentes adversariorum calumniæ sunt, responso tam indignæ, qvã nullis testimoniis fide dignis, nullis argumentis nixæ, qvod *Catha-*

rina Boria per illud tempus in omni lascivia & impudicitiæ genere se volutarit, cumq; studiosis Witebergensibus prostibuli instar promiscue consveverit, ut audacter mentitur *Joh. Cochleus* in libro fabulis calumniisqve refertissimo de actis & scriptis Lutheri p. 102. de Boria tradens, qvod *post biennium in seculo, vaga inter Scholares Academicos conversatioue Witenbergæ exactum, facta sit Luthero, se Diis palet, uxor.* Cochlei impudentiam supergressus etiamnum styli petulantia interpres ejus Germanicus *Joh. Christoph. Huberus* invernacula ejusdem libri versione p. 167. ita scribit: Und zu noch desto mehrerer Vollkommenheit dieser Unthat / hengt sich Catharina von Bora die siebende aus diesen armseligē Bubinen / nachdem sie zwey Jahr unter den Wittenbergischen Studenten lediglich zugebracht / und um Hertzog Fridrichs Todes verschieden / durch eine vermeynte Ehe an Luthern / eine Nonne an einen Mönch / eine Meineydige an einen Meineydigen / eine Bubin an einen Buben / damit dem Sprichwort nach der Hafen einen rechten Deckel hätte / gleiches mit gleichen über eins käme. Eandem calumniæ crambem, ne alios jam commemorem, recoqvit *Lud. Maimburgius* lib. 2. Historiæ Lntheranismi sect. V. dicens vel fingens potius, *Lutherum mortuo Friderico Electore nihil amplius turpi libidini sua obstare ratum, nec desponsa suæ pudicitiâ, qvamvis omni cum licentia annos duos integros inter juvenes Academicos, ipso certe non magis reformatos, Witenbergæ vixisset, qvicqvam mali suspicatum, publice eam duxisse.* Simili impunentia *Guilelmus Lindanus* lib. 1, dubitantii p. 99. scripserat, *Lutherum bellam illam Catharinam jam annos aliqvot Witenbergæ varia per Studiosorum oscula volutatam sibi uxorem duxisse.* Vide etiam *Florimundum Ræmundum* libro 3. historiæ hæresium, capite 6.

§. 5.

Qvam falsum porro est, *Boriam*, è Monasterio egressam turpi & impudicæ vitæ litasse, tam negari neqvit, eàm è *Lutheri* scriptis (v. g. sermone de Matrimonio T. 1. Jen. f. 171. qvam habuit A. 1519.

1519. aliisqs) de sanctimonia conjugii edoctam, & vicissim qvam irrita rssent vota monastica persvasam, â conjugio in eundo minus abhorruisse. Neqve tamen cæco impetu in illud ferebatur, ut primo cuiqve proco, qvi se offerret, statim & temere se in conjugem traderet. Itaqve non dubitavit etiam Doctorem *Glacium* Pastorem Orlamundicum sibi maritum recusare, qvamvis & ille eam vehementer exposceret, & Lutherus illam Glacio jungere laboraret. Cujus rei fidem ex Amsdorfii relatione Ms. facit scriptor insignis *Abrahamus Scultetus*, & ex ejusdem Annalibus ad A. 1525. p. 274. Seckendorfius lib. 2. p. 17. *Ecco autem dum Lutheras de Catharina à Bora, virgine Vestali, Doctori Glacio Pastori Orlamundico collocanda deliberat, venit Catharina ad Nicolaum Amsdorfium, conqveriturqve, se de consilio Lutheri D. Glacio contra voluntatem suam nuptiis locandam: scire se Lutherum familiarissime uti Amsdorfio; itaqve rogare ad qvævis alia consilia Lutherum votet. Vellet Lutherus, vellet Amsdorfius, se paratam cum alterutro honestum inire matrimonium, cum D. Glacio nullo modo. Hoc ubi D. Lutherus intellexit, audissetqve ex D Hieronymi Schurfii ore: si Monachus iste uxorem duceret, risuros Mundum universum & diabolum ipsum facturumqve ipsum irritas actiones universas, ut ægre faceret Mundo & diabolo, ut parenti etiam hoc svadenti gratificaretur, Catharinam sibi uxorem ducendam censuit.*

§. 6.

Ex hac narratione patet, qvam ab omni veritate alienum sit, qvod fingit *Maimburgius, Lutherum pulchritudine Boriæ captum fuisse, cum eam inter novem illas vestales virgines primum vidisset, statimqve de ea sibi in matrimonium jungenda cogitasse, id vero exeqvi non fuisse ausum vivo Electore Friderico.* Qvomodo enim *Glacio* collocare studuisset, qvam ipse sibi destinaverat? Neqve vero Elector *Fridericus* in *Luthero* improbasset, qvod non invitus permiserat *Bartholomæo Bernhardo Veltkirchio, Andreæ Bodenstein Carlstadio* aliisqve, qvos tametsi verbi ministros matrimonio se junxisse ante

se ante Lutherum constat. At *Luthero* qvidem matrimonii ineundi consilium antea nullum fuerat. Nam non tantum A. 1521. ita scripserat ad *Georgium Spalatinum: Bone Deus, nostri Witenbergenses etiam monachis dabunt uxores? at mihi non obtrudent uxorem.* Sed etiamnum anno 1524. proxime antecedente illum 1525. qvo deinde *Boriam* duxit, ceu mox dicemus, die Andreæ ita scripsit ad *Spalatinum: Qvod Argula de uxore mihi ducenda scribit, gratias ago, nec miror, talia de me garriri, cum garriantur & multa alia, verum tu ei gratias age nomine meo & dicito, me esse qvidem in manu Domini sicut cateras creaturas, cujus cor mutare & remutare, occidere & vivificare potest singulis momentis & horis. Hoc tamen corde qvo hactenus fui & modo sum, non fiet, uxorem ut ducam, non qvod carnem meam aut sexum non sentiam, cum neqve lignum nec lapis sim, sed animus alienus est à conjugio, cum expectem qvotidie mortem, & meritum hæretici supplicium, itaqve nec Deo figam terminum operis in me, nec in corde meo obnitar.* T. 2. Epist. p. 245. Paucis igitur ante nuptias hebdomadis primum de ducenda *Catharina* cogitavit, idqve consilium aperuit affini D. *Joh. Ruelio* in literis datis 5. Maji Ann. 1525. *Illis autem* (factioni Rusticæ, qvam *novos suos Dominos & latrones expectare se scribit*, Seeburgo ab Alberto comite post auditum morbum Electoris discessurus) *ut ægre faciam, si fieri potest, Catharinam meam uxorem ducam* (**wil ich mein Käthe noch zu Ehe nehmen**) *antequam moriar, si pergere eos intellexero, neqve enim os mihi obstruent, nec gaudium adiment.* (**Ich hoffe/sie sollen mir doch nicht meinen Mund und Freude nehmen**) T. 2. Altenburg. 887. Nondum tamen satis firma ipsi tum stetisse videtur sententia, qvia mense interjecto, die 3. Junii, vigilia Penteeostes octiduo ante sponsalia inita ad eundem *Ruelium* scripsit in hanc sententiam: *Si Elector* (Albertus Moguntinus Cardinalis ut ex præcedentibus literis T. 3. Altenburg. p. 140. perspicuum est) *forte dicet, cur ego ipse non ducam uxorem, qvi omnes ad nubendum incito, respondebis me semper adhuc dubitasse, an idoneus ad id sim.*

Attamen

Attamen si meo matrimonio Elector confirmari potest, propediem paratus essem ad exemplum præbendum. Nam & alias cogito, antequam ex hac vita discedam, ut matrimonium contraham, quia id à Deo exigi puto, licet forte futura esset desponsatio Josephica.

§. 7.

Ex his aliisque ejus Epistolis perspicuum est, ad contrahendum matrimonium non ab improba libidine adductum esse Lutherum, neque elegantiâ formæ Catharinæ misere captum, amore in eam imprudenter exarsisse. Quanquam si *Erasmo* lib. XVIII. Epist. 11. credimus, Boria illa *mire venusta* fuit, quem secutus fortassis *Maimburgius* scripsit, *Catharinæ pulchritudine observata Lutherum eandem mirifice adamasse.* (La trouva fort belle, dont ensuite il de vint fortamoureux) *Bossvetus* quoque liv. 2. Histoire des Variations des Eglises Protestantes T. 1. p. 49. *Il estoit devenu amoureux d' une Religieuse de qualité & d' une beauté rare, qu' il avoit tirée de son Convent.* Sed venustatē virginis ab *Erasmo* exaggerari notat *Seckendorfius* lib. 2. p. 18. Ut ut si concedas, forma pulcherrimam fuisse Boriam, nihil Lutheri famæ id obesse potest, cum per integrum biennium se nullo negotio ab ea continuerit, & *Glacio* etiam elocare *Boriam* voluerit. Neq; difficile erit de forma Catharinæ judicium ferre ex effigie quam in fronte hujus dissertationis poni curavimus, expressam diligenter ad collatas inter se tres imagines, quarum singulæ ad vivum pictæ olim sunt à præstantissimo artifice *Luca Cranachio* de quo in Tischreden p. 307. Es hat Lucas Cranach / der eltere / Doctor Martinus Lutherus Hausfrau / abcontrafeit: als man die Taffel an der Wand hinge / und der Doctor das Gemählde ansahe / sprach er: Ich wil einen Mann dazu mahlen lassen / und solche zwey Bilder gen Mantua auff das Concilium schicken / und die heiligen Väter allda versamlet fragen lassen / ob sie lieber wollen haben den Ehestand / oder den Cœlibatum. Cæterum unam ex dictis tribus imaginibus inspicere licuit in Bibliotheca

Gottorpiensi Serenissimi Cimbrorum Ducis FRIDERICI, Domini mei Clementissimi. Alteram contuli beneficio *Clarissimi & Juris Consultissimi L. Trancri*, tertiam denique in acceptis refero *Nobilissimo Lüdero*, postarum sive cursorum publicorum præfecto, Viro optimo atque integerrimo, qui eandem conferendam ex cimeliarchio suo humanissime concessit. Nonne vero æque licet virginem elegantis formæ sibi conjugem eligere, quam deformem? aut num omnes, qui formosas uxores in matrimonium ducunt, propterea libidinosiores sunt reliquis? vide quomodo iniquitatem calumniatorum Lutheri hoc nomine eleganter ostendit *Bælius* vir Clariss. in Lexico Histor. Crit. T. 1. p. 626. 627. longe rectius itaque de Luthero judicant, qui dicunt, eum matrimonium quidem contraxisse, quod id naturæ & præcepto Dei conveniens esse magis magisque convictus esset, utque in nulla re vota cœlibatus Pontificii probaret, sed & hac in parte eis tanto fortius se opponeret, exemploque suo ad idem faciendum aliis auctor esset, & denique parenti suo ad conjugium crebro hortanti obediret. Confer *Johannis Mûlleri* Senioris quondam Ministerii nostri Hamburgensis de universa Ecclesia summe meriti, & post cineres etiam venerandi Lutherum defensum p. 93. & B. *Dannhaueri* Memoriam Thavmasiandri Lutheri p. 68. seq. *Lutherus ipse* in Tischreden p. 323. Ich habe ein Weib genommen/ auch darum/ daß ich wider den Teufel trotzen könne/ zu schaden der Hurerey im Pabstthum/ und wenn ich keine hätte/ so wolte ich doch nie in meinem Alter eine nehmen/ ob ich gleich wüste/ daß ich keine Kinder könte mit ihr zeugen/ nur allein den Ehestand zu ehren/ und zu Verachtung und Schande der schädlichen Unzucht und Hurerey im Pabstthum/ die sehr groß und greulich ist. Cum *Catharina Boria* autem contraxisse matrimonium, quod ejus non forma duntaxat, sed & mores pietasque sibi præ reliquis amore digna viderentur, & virginem non invitam in hoc fœdus connubiale secum con-

consensuram ex *Amstorfio* intellexisset, uti constat ex iis, quæ §. 4. & 5. diximus.

§. 8

Inexpectato itaque & nulli fere amicorum suorum aperto consilio nuptias cum Catharina decrevit, celebravitque Lutherus, cum ipse jam quadraginta duos annos (non quadraginta quinque, ut perperam scripsit *Bossuetus* T. I. p. 50.) natus esset, & sponsa ejus è monasterio liberata Witebergæ degisset per biennium, nata jam annorum, si Erasmo fides, sex & viginti. Die itaque tertia decima mensis Junii (non undecima. Vide partem IV. Consil. Witeb. p. 19.) Anni 1525. Dominica S.S. Trinitatis, Witebergæ, vesperi circa horam quintam, in ædibus *Nic. Amsdorffii* non longe a porta, quæ ab arce nomen habet dextram versus sitis, ad cœnam vocatis *Joh. Bugenhagio Pomerano, Luca Kranachio* pictore & *JCto Apello* Catharinam suam duxit Lutherus, celebratisque sponsaliis matrimoniali fœdere, impertinente benedictionem sacerdotalem *Pomerano* sibi eam junxit, inopinato quidem, paucisque tum cognito, legitimo tamen solemni minimeque clandestino connubio. Vide *Philippi Melanchthonis* Epistolam 21. Jul. A. 1525. scriptam Græce ad *Joach. Camerarium* lib. 4. p. 33. edit. Lips. quæ Latine legitur tum in eod. volum. p. 772. tum apud *Seckendorfium* lib. 2. p. 17. cui adde T. 3. Altenb. p. 141 Cosinl. Witenbergensium T. IV. p. 18. & 19. seqq. Paucis vero hebdomadis post, feria nempe tertia post festum Johannis Baptistæ die 27. Junii convivium solemne pro testimonio conjugii instituit, ad quod literis scriptis invitavit amicos D. *Joh. Rubelium*, *Joh. Durrium*, *Casparem Mullerum*, *Georgium Spalatinum*, D. *Wenceslaum Linkium*, *Nic. Amsdorfium*, *Michaelem Stiephelium*, *Leonardum Coppenium*, alios-que. Feria sexta post Trinit. in hæc verba scripsit ad *Spalatinum*: *Os obstruxi infamantibus me cum Catharina Borana, mi Spalatine. Si processerit, ut epulum paretur pro testimonio conjugii mei istius, te*

non modo adesse oportebit, verum etiam cooperari, si quid ferinæ necessarium fuerit. Tu interim nobis benedicito & bene precare. Sic me vilem & contemptum his nuptiis feci, ut angelos ridere, & omnes dæmones flere sperem. Nec dum Mundus & sapientes agnoscunt opus Dei pium & sacrum, & in me uno faciunt id impium & diabolicum, quo nomine magis placet meo conjugio illorum judicium damnari & offendi, quotquot ignorantiam Dei habere pergunt. T 2. Epist. p. 294. b. Eidem *Spalatino* literis feria quarta post Viti diem (21. Jun.) scriptis significavit, epulum fore feria tertia sive die Martis post festum Johannis Baptistæ, *ad quod ut serio te intelligam gratulari nuptiis meis, voco te mi Spalatine, & oro ne desis. Scripsi quoque Marscalco pro ferina, & simul vocavi. Tu dabis operam, si quid impetrari valent.* ibid. p. 296. *Amsdorfio* ibidem scripsit in hanc sententiam paucis ante epulum nuptiale diebus. *Vera est itaque fama, me esse cum Catharina subito copulatum antequam ora cogerem tumultuosa in me, sicut solet fieri: Spero enim me breve tempus adhuc victurum, & hoc novissimum obsequium parenti meo postulanti nolui denegare spe prolis, simul ut confirmem facto, quæ docui, tam multos invenio pusillanimes in tanta luce Evangelii. Sic Deus voluit & fecit, ego enim nec amo nec æstuo, sed diligo uxorem. Dabo itaque proxima feria tertia epulum in testimonium conjugii mei, ubi aderunt parentes. Te itaque adesse omnibus modis volui, quare ut vocare constitui, ita nunc voco & rogo ne desis, si ullo modo potes.* ibid. p. 295. Nec omittendæ literæ ad *Wenceslaum Lincum* 20. Junii ejusdem anni scriptæ, in quibus ibid. p. 296. b. leguntur hæc verba: *Dominus me subito & alia cogitantem conjecit mire in conjugium cum Catharina Borensi, moniali illa. Epulum feria 3. post Johannis dabo, si potero. Nolo te expensis vexari, sed vocationis loco absolve te à debito reddendi scyphi consensu Dominæ meæ, si tamen veneris, nolo prorsus scyphum aut quicquam offeras, tantum mihi bene preceris ferenti tot contumelias & blasphemias ob hoc opus Dei.* Ad convivium

vium illud nuptiale non minus atque ad cœnam quam in ipsis nuptiis festo S. Trinitatis amicis instituerat Lutherus, Senatus Witebergensis nonnulla ex publico ærario suppeditavit, ut videre est in Consiliis Witebergensibus parte IV. p. 19.

§. 9.

Dici autem non potest, quam varia judicia amicorum, quot calumnias, convicia, scommata hostium expertum sit innoxium & sanctum hoc Lutheri conjugium. Monachum cum moniali solutis votis matrimonium junxisse non iis tantum qui adhuc in Papismi tenebris versabantur, sed multis etiam inter ipsos Lutheri sectatores vix ferendum & illaudatum facinus esse videbatur. Qva de re *Lutherus* ipse non semel graviter conqueritur, ut in literis ad amicum quendam circa ipsum tempus sponsaliorum scriptis. T. 3. Altenb. p. 141. Bittet für mich mein lieber HErr/ daß GOtt der HErr meinen neuen angefangenen Orden (den heiligen Ehestand) wolle gnädiglich segnen. Dann die Weltweisen auch unter den unseren sind heftig darüber erzürnet. Sie müssen bekennen/ daß der Ehestand GOttes Geschöpff und Wort ist. Aber die Larve meiner und der Jungfrauen Person macht sie thöricht / und treibt sie wider GOtt zu dencken und zu reden. - - - - Ibidem in alia quadam Epistola: Ist mein Ehestand GOttes Wort/ was ist Wunder/ daß sich die Welt darüber ärgert? ärgert sie sich doch auch daran/ wie S. Paulus 1. Cor. 1. spricht/ daß ihr GOtt und Schöpffer unser Fleisch und Blut an sich genommen/ und es zu ihrer Seligkeit zu einer Erlösung und Speise gegeben hat. Pontificiorum *Emseri, Cochlei, Joh. Fischeri, Francisci Agricola, Surii, Lindani, Schoppii, Raynaudi, Caroli de* Creutzen/ *Varillasii, Maimburgii, Bossueti, Raimundi, Spondani, Bozii, Andr. Forneri* aliorumque sarcasmos & opprobria in Lutheri connubium conjecta heic adscribere res longa sit, ne dicam inutilis & tædiosa. Minime vero inauditum facinus fuisse in Ecclesia quod adeo abominantur

Papicolæ, ut Monachi vel moniales ſolutis votorum vinculis matrimonio ſe iunxerint, pluribus exemplis demonſtratum à *D. Joh. Müllero* eſt in defenſione Lutheri defenſi p. 184. ſeq. Qvemadmodum vota illa impia, à Luthero, & ejus ſponſa pie ſoluta reſciſſaque eſſe, poſt complures alios & ipſum Lutherum ſolide oſtendit *Dannhauerus* in memoria Thavmaſiandri Lutheri p. 69. Genium porro ſcommatum Papiſticorum in Lutheri tædas, vel ex hoc inſulſiſſimo & calumnioſiſſimo Emſeri in Lutherum epithalamio perſpexeris, quod poſt *Cocóleum* repetit, laudibusque in cœlum extollit *Raynaudus* T. 17. Opp. p. 44. lib. de Apoſtaſia à Religioſis ordinibus.

His magiſtris licet nobis
Omne nefas, licet probis
Omnibus obſtrepere
Cum jubilo.
Conculcare jura, leges
Infamare licet Reges,
Papamque ac Cæſarem
Cum jubilo.
Sed & ipſos irridemus
Chriſti ſanctos & delemus
Illorum imagines,
Cum jubilo,
At Priapum Lampſacenum
Veneramur, & Silenum
Bacchumque cum Venere
Cum jubilo.
Hi ſunt veteres coloni,
Noſtri Ordinis Patroni
Quibus ille militat
Cum jubilo.

Septa

Septa clauſtri diſſipamus,
Sacra vaſa compilamus
Sumtus unde ſuppetat
Cum jubilo.
I Cuculla, Vale cappa,
Vale prior cuſtos, Abba,
Cum obedientia
Cum jubilo.
Ite vota, preces, horæ,
Vale timor, cum pudore
Vale conſcientia
Cum jubilo.

§. 10.

Fertur & aliud ejusdem *Emſeri*, cujus hoc eſt exordium:

Cuncti legifragi celebrate Hymenæa Magiſtri
Cujus vos faciunt vobis documenta potiri
Tu nova nupta tuo velum depone marito.
Derohalben kommt itzt all zu Hauff/
Zu dieſen Eydvergaßnen all/
Der euch berufft zum Hochzeitmahl.
Alſo du neue Braut geſchwind/
Den Weiler reiß von deinen Grind.

Cum vero Poëtam adeo lepidum ſine pretio & antidoro dimittere iniquum ſit, & *Emſero* quidem jam olim ſatisfecerit *Lutherus*, non minus atque alii cuidam nuptiarum ſuarum calumniatori *Mirtiano* T. 1. Isleb. p. 430. Wann wir nicht deiner vermeynten Poeterey ſchoneten / ſo wolten wir noch ja ſprechen/ daß du ein ehrloſer lügenhaffter Bube wäreſt. &c. conf. p. 423. non poſſumus committere, ut Jeſuita *Raynaudus* ingratos nos jure conqueri poſſit, quod ille Emſeri epithalamium non modo recenſuerit nobis, ſed & veluti eximium & quantivis pretii lectoribus ſuis commendaverit. Habeat itaque redhoſtimenti loco

loco quam circa idem fere tempus quo ille scripsit, Anglia præsente Cronvvellio publice in theatro spectandam exhibuit Comœdiam, *the mariage of the Pope*, facetam profecto & dignis tam singulari argumento versibus incestuosos Pontificis Innocentii X. amores describentem. Introducitur ibi Pontifex Donnæ Olympiæ conjugium incredibiliter appetens, illâ qvidem cum tam turpi & deformi viro jungi penitus renuente. At Innocentius, ut desiderii sui qvod insanum in modum cupiebat, fieret compos, alteram clavem offert, qvam illa utpote rem non magni pretii rejicit. Qvæsiverat enim ex Pontifice, utram daret, num illam, qvæ cœlum recluderet, an qua ad inferos aditus pateret? Intelligensque ex Papæ ore, clavem cœlorum esse qvam ipsi vellet tradere, alteram sibi potius necessariam esse respondet, *ne, postquam me satis abusus fueris, diabolis jimperes ut me ad inferos rapiant.* Utramque itaqve clavem Pontifex concessit Olympiæ, tantum ut matrimonio cum illa potiretur, quod celebratis solenne more nuptiis initum Monachi & moniales, sibi quoque similem conjugii licentiam gratulantes, variis Choreis & tripudiis obiverunt, atque ita toti Comœdiæ finem imposuerunt.

§. II.

Inprimis vero calumniæ patere visum est, quod conjugium suum adeo præter omnium opinionem, absenteque Melanchthone & inconsultis aliis amicis suis præcipitaverit Lutherus. Hinc ab hostibus ejus sparsa fama, Catharinam jampridem à Luthero familiarius habitam, mortuoque Friderico Elector gravidam se simulantem, maturando matrimonio occasionem dedisse. Quod crudum mendacium ex *Guil. Lindani* libro de voto virginitatis p. 13. referunt & refellunt *Consilia Witebergensia* parte IV. p. 22. quo in loco plura insuper ad Pontificiorum maledicta & ignominiosa scommata exploduntur. Videndus etiam B.D. *Joh. Mullerus* in defensione Lutheri defensi

capite

capite sexto, ubi contra Jesuitam Borussum *Carolum de* Creutzen Lutheri innocentiam fuse tuetur, deqve proclamatione Ecclesiastica prætermissa eum excusat, neqve sine præcedente benedictione sacerdotali cum Boria se junxisse, minime vero ante nuptias cum ea consvevisse demonstrat. Videtur tamen fama mendax etiam imposuisse *Erasmo*, ut ad familiarem qvendam Cardinalis *Campegii* scriberet in hanc sententiam: *Lutherus quod felix faustumque sit, deposito Philosophi pallio duxit uxorem ex clara familia Bornæ, puellam eleganti forma, natam annos viginti sex, sed indotatam, & quæ pridem desierat esse Vestalis. At ut scias auspicatas fuisse nuptias, pauculis diebus post decantatum hymenæum nova nupta peperit* apud *Abr. Scultetum* in Annot. ad A. 1525. p. 278. & *Seckendorfium* lib. 2. p. 18. Verum Erasmus ipse injuriam factam Luthero ejusqve conjugi confessus postea est in literis scriptis ad *Franciscum Sylvium* 13, Mart. A. 1526. lib. 18. Epist. 22. *De conjugio Lutheri certum est, de partu maturo sponsæ vanus erat rumor, nunc tamen gravida esse dicitur. Si vera est vulgi fabula Anti-Christum nasciturum ex monacho & monachâ, qvemadmodum isti jactitant, quot Anti-Christorum millia jam olim habet mundus?* Occasionem calumniarum non dissimulat, innocentiæque Lutheri causam simul agit *Seckendorfius* lib. 2. Hist. Lutheranismi p. 17. & Celeberrimus *Balius*, amicus valde meus T. 1. Lexici, incomparabilis operis p. 627. lit. C. Melanchthon quoque in literis ad Camerarium Græcè scriptis quorum jam sæpius meminimus, quæque latinè è Græco conversæ leguntur etiam parte 4. Consil. Witenberg. p. 22. nec abs re fuerit eas heic integras apponere. „Quia futurum „est ut fama haud æqua de nuptiis Lutheri ad vos perveniat, „visum mihi est ad te vera & quæ sentio scribere. Tertia de„cima mensis Junii inexpectato Boriam duxit Lutherus, nulli „amicorum factum suum aperiens. Sed vesperi ad cœnam „vocavit solos Pomeranum, Lucam pictorem, Jurisconsultum

„Apellum & consveta sponsalia celebravit. Posset fortasse
„aliquis mirari, illum hoc infelici tempore, bonis & honestis
„viris ubique graviter laborantibus, non modo non affici si-
„mul dolore, sed videri propemodum nihil penitus curare ea
„mala, quæ ante oculos versantur, cum interea etiam existi-
„matio ipsius deminuatur, dum maxime opus est Germaniæ
„excelsitate animi & dignitate ipsius. Atque ego rem hanc
„gestam esse sic arbitror. Est vir iste nequaquam ex iis qui ho-
„mines oderint & congressus fugiunt. Quotidianæ autem vi-
„tæ illius usum non ignoras. Unde cogitare te cætera, quam
„me scribere, melius opinor fuerit. Itaq; mollitum quodam-
„modo generosum & magnum animum ipsius non est mi-
„randum, præsertim cum nequaquam culpandum aut repre-
„hendum sit. Nam si quid vulgo fertur aliud indecentius, NB.
„id mendacium & calumniam esse perspicuum est. Ego etiam
„naturam arbitror ipsum coegisse ut fieret maritus. Estoque
„vita ista humilis illa qvidem, sed sancta ac si qua alia, & nuptiæ
„honoratæ in sacris Scripturis perhibentur. Quod autem in
„re intempestivum & inconsultum inest, (in quo maxime deli-
„cias obtrectandi & accusandi studium adversariorum faciet)
„videndum ne nos conturbet. Isto enim sub negotio fortasse
„aliquid occulti & quiddam divinius subest, de quo nos curio-
„se quærere non decet, neque curare nugas deridentium &
„convitia facientium quorundam, à qvibus neq, pietas in De-
„um, neque ad homines virtus exercetur. Quoniam vero ipsũ
„Lutherum quodammodo tristiorem esse cerno, & perturba-
„tum ob vitæ mutationem, omni studio & benevolentia con-
„solari eum conor. Neq; ausim sane ego tanquam erratum seu
„lapsum illud factum condemnare, tametsi Deus multa vete-
„rum sanctorum nobis errata seu lapsus exhibuerit, qvia vult
„nos exqvirentes verbum ipsius non adhibere in consilium di-
„gnitatem personamve hominis, sed verbum ipsiꝰ tantũ. Rur-
„sum vero maxime is impiꝰ est, qvi propter doctoris erratũ seu
„lapsum

„lapsum condemnat ipsam doctrinam. Verum ego, quemad-
„modum dixi, non existimo quicquam hâc in parte commis-
„sum, agendo quod defendi nequeat, aut omnino accusari
„debeat. Præterea multa habeo quæ argumento præclare sunt,
„Dei amante esse hunc pietate præditum, ut contumelioſi &
„maledici in Lutherum nihil aliud faciant, quàm opus Syco-
„phantarum & scurrarum, undique coacervantium ea, de qui-
„bus impudens lingua accusationis veluti viatico instrui pos-
„sit. Erit etiam meo judicio nec inutilis quidem casus iste ad
„demissionem quandam pertinens, cum alte sustolli & efferri
„semper sit periculosum, non solum sacerdotio fungentibus,
„sed cunctis mortalibus. Nam actionum felicitas occasionem
„dat pravitatis elati animi, non modo, quemadmodum orator
„inquit, dementibus, sed interdum etiam sapientibus. Ad
„omnia, aliam quoque victus rationem alia vita constituet, se-
„cundum proverbium. Ista ad te exposui verbosius, ne even-
„tus inopinatus nimis te perturbaret & tristitia afficeret. Scio
„enim tibi boni nominis Lutheri celebritatem curæ esse. *Hæc*
„*Melanchthon in literis ad Joach. Camerarium.*

§. 12.

Causas maturati a se conjugii Lutherus ipse reddit in literis ad D. Joh. Ruhelium, Joh. Thurium, & Casp. Mollerum, quæ paucis post nuptias diebus Witebergæ datæ occurrunt T. 3. Altenb. p. 150. Wolan/ weil sie (die Papisten) denn toll und thöricht sind/ wil ich mich auch schicken/ daß ich für meinem Ehestande von GOtt erschaffen gefunden/ und nichts meines vorigen Papistischen Lebens an mir behalten werde/ so viel ich kan/ oder sie noch toller oder thörichter machen/ und das alles zuletzt und Ade. Denn es mir selbst ahnet/ GOtt werde mir einmahl zu seiner Gnade helffen. So hab ich auch nun aus Begehren meines lieben Vaters mich verehligt/ und üm böser Mäuler Willen daß nicht verhindert werde/ mit Eile beygelegen/

gen/bin willens/auff Dienstags über acht Tage/ den Nechsten nach S. Johannis Baptistæ eine kleine Freude und Heimfahrt zu machen. Solches habe ich euch als guten Freunden und Herren nicht wollen bergen/ und bitten/ daß ihr den Segen helfft drüber sprechen. Und dieweil die Läuffte also stehen und gehen jetzt in den Landen/ hab ich nicht dürfft euch dazu bitten und zufodern zu erscheinen Wo ihr aber von guten Willen selbst woltet oder kuntet/ sampt meinen lieben Vater und Mutter kommen/ möget ihr selbst wohl ermessen/ daß mirs eine besondere Freude wäre/ und was ihr mitbrechtet von guten Freunden zu meinen Armuth/ wäre mir lieb. Ohn daß ich bitte / mich solches bey diesen Boten zu verständigen. Ich hätte auch meinem gnädigen Herrn Graff Gebharden von Adelbrecht davon geschrieben/ habs aber nicht dürffen wagen / weil ihre Gnaden anders denn mit mir zu thun haben. Ists abervon nöthen was drinnen zu thun/und euch gut dünckt/bitte ich eurer Bedencken mir zu eröffnen. Quod vero neque conjunctisſimum ſibi Melanchthonem participem fecit illius conſilii ſui,nemo mirabitur qui Philippi genium Luthero perſpectisſimum cogitaverit. Valde enim timidus erat, omnemque adeo operam impenſurus, ut Luthero rem illam diſſuaderet,ne ſe adverſariorum riſui ſcommatibusque objiceret contemtumque redderet.Ita enim deinde Melanchthonem de conjugio Lutheri ſenſiſſe, ut id plane intempeſtive contractum eſſe crederet, vel ex ſuperioribus ad Camerarium literis abunde conſtat. Nec diſſimulat *Camerarius* , Philippum ex comperto Lutheri facto maximum dolorem cepiſſe, non quod id damnaret, ſed quod occaſionem dari cerneret inimicis malevolis acerbius inſectandi & liberius maledicendi ex temporis præſertim conſideratione. p.102. de vita Melanchthonis. Quæ Camerarii verba poſtquam laudaſſet *Seckendorfius* l. 2. p. 18. *Sane*, inquit, *ob notiſſimam timiditatem ſuam Philippus abſque dubio à Luthero ad conſilium & ſole-*

mnia

mnia desponsationis non fuit adhibitus, & aliqua ejus offensa & censura in Epistola ad Camerarium deprehenditur, dum Lutherum à liberiori victu taxat. Habuit sane Lutherus nævos suos, eosque ipse candide profiteri solitus erat, naturæ quoque stimulum non inficiatus est; cum autem annos vitæ quadraginta duos absq; conjugio & sine impudicitiæ labe transegisset, certe haud difficulter si non omittere, differre tamen nubendi propositum potuisset. Credamus igitur ipsi potius, qui ut supra notavimus, plane inexpectatum & improvisum aliquid in hoc facto suo sæpe testatus est, nec ullam pœnitudinem per annos viginti quos cum uxore vixit ostendit, sed dulcissimum & felix conjugium habuit. Lutherus in colloquiis mensalibus p. 307. etiam aliis consulit nuptias non differre, idque exemplo suo confirmat: Ich rathe/ wenns Verlöbniß geschehen ist/ daß man auffs allererste das Beylager und öffentlichen Kirchgang halte / denn die Hochzeit lang auffziehen und auffschieben/ ist sehr fehrlich/ weil der Satan gern Hinderniß und viel Gewerres machet durch böse Zeugen/ Verläumbder/ und von beyden Theilen Freunden. Wie mir geschah mit Magister Philip und Eyßlebens Hochzeit / darum soll mans nicht verziehen / sondern nur flugs zusammen helffen. Und wenn ich nicht alsbald oder in der Stille hätte Hochzeit gehalten mit Vorwissen wenig Leute/ so hätten sie es alle verhindert/ denn alle meine besten Freunde schrien nicht diese/ sondern andere.

§. 13.

Neque tamen frustra videtur Melanchthon temporis importunitatem causatus esse, cum nihil magis & frequentius per hostes atque adversarios Lutheri oggannitri soleat, quo nuptiæ ejus exosæ reddantur, quam quod eos flagrante bello Rustico summaque in calamitate publica contrahere non dubitaverit. Sic *Guil. Lindanus* lib. 3. dubitantii p. 281. *Sane Lutherus, quos dijertis verbis hoc in bellum parricidiale inflammaverat, ubi con-*

tra ſuam prophetiam de ruſticorum adverſus Principes victoria rem evenire cerneret, nunc cum rei mutatione & ipſe ſuo mendaciorum Patri fidelis Propheta, ſuam mutabat orationem, eos gladio atque inferno per varios libellos devoens, tempus nunc eſſe quo Principes ſibi cœlum mereantur facilius, ſanguinem fundendo, quam orando. Adeo vero cum Jeremia populi Dei non deplorabat interitum, ſe autore concitatum, ut flagrante iſthoc Germaniæ incendio, excucullatus jam novus ſponſus novis deditus nuptiis, ſuam ſuaviabat monachus monacham Catharinam, ſaltabat, potitabat, ſtrenue cuticulam curabat, ventris & inguinis mancipium. Idem exaggerat *Boſſuetus* T. 1. Hiſtor. des Variation. lib. 2. p. 50. 52. ſeqq. & *Maimburgius* lib. 2. Hiſt. Lutheraniſmi: *Eo tamen ipſo anno Lutherus infami amore cujus etiam amicos ejus pudebat, cœcus, tam audax & perfrictæ frontis fuit, ut in publica calamitate cujus ipſe ſi non cauſa,* (en emollitam paululum Lindani calumniam) *ſaltem occaſio erat nuptias celebraret.* Fruſtra autem ſunt hæ Pontificiorum hominum declamationes & calumniosa dicteria, cum Lutherus à conjugio ſe non paſſus ſit impediri, ut cauſam ſuam deſereret, ſed æque diligenter & animoſe, imo fortius etiam, non ruſticis tantum tumultuantibus, verum & aliis veritatis hoſtibus ore & ſcripto ſe objecerit. Quidita-que nuptiæ Lutheri ad bellum ruſticum? aut eſtne nefas in calamitate publica uxorem ducere? Quod ſi quis cum Lindano pergat calumniari, Lutherum non deploraſſe incendium Germaniæ, eum tot ſcripta plena Zeli & virtutis Theologicæ, à Luthero marito Ruſticorum tumultibus oppoſita, mendacii convincent. Quam porro alias in aſſerendis dogmatis ſuis nihil fervoris aut induſtriæ remiſerit, vel *Erasmum* teſtem audiamus in literis ad Franciſcum Sylphium lib. XVIII. Epiſt. 22. *At ego ſperabam fore, ut Lutherum uxor redderet magis circurem. Verum ille præter omnem expectationem emiſit librum in me, ſummâ quidem curâ elaboratum, ſed adeo virulentum, ut hactenus*

Etenus in neminem scripserit hostilius. His adde, quod si calamitates publicæ Lutherum à nuptiis deterrere debuerint, illi nunquam deinceps oportunum illuxisset tempus ad conjugium.

§ 14.

Neque hostium scommatis magis moveri se passus est Lutherus, quam risu diaboli & inferorum, etsi Melanchthon in literis ad Camerarium testatur se illum paulo tristiorem reperisse & perturbatum, ob vitæ mutationem, adeoque eum studere solari. Quo fortè etiam referat aliquis quod legitur in Tisch-Reden p. 307. Im ersten Jahr des Ehestandes hat einer seltzame Gedancken/ wenn er über Tische sitzt/ so gedenckt er/ vorhin warstu allein/ nu aber bist du selbander / im Bette wann er erwacht / siehet er ein paar Zöpffe neben ihm liegen/ daß er vorhin nicht sahe/ also saß meine Käthe im ersten Jahr bey mir/ wenn ich studirte/ und da sie nicht wuste was sie reden solte/ fing sie an und fragte mich/ Er Doctor, ist der Hoffmeister in Preussen des Marggrafen Bruder? Quemadmodum autem ex literis Megalandri supra à me laudatis facile colligi potest, magis indignatos fuit amicis suis, quod in re innoxia laudeque dignissima scandalum invenissent, atque inde forte nonnihil tristitiæ contraxisse Philippo visus fuit: quam ut conjugii ipsum pœnituerit, aut conditioni suæ illacrymatus sit, cum in literis undecimo Augusti die Anni 1526. ad Michaelem Stifelium scriptis & infra producendis, non dubitaverit sibi vehementer de sua costa sive conjuge gratulari, seque propter illam Cræso ditiorem beatioremq; prædicare. Idem passim alibi testatur tenerrimo amore eam complecti, adeo, ut illam oculis suis chariorem habuerit, egregio felicitatis humanæ & bonorum conjugum exemplo. In colloquiis mensalibus à *Joh. Aurifabro* collectis p. 138. b. Ich habe meine Käthe lieb / ja ich habe sie lieber denn mich selber/ das ist gewißlich wahr/ das ist / ich wolte

wolte lieber sterben/denn daß sie und die Kinderlein solten sterben. Etiam dicere auditus est *se Catharinam suam nolle cum Galliæ regno aut Venetorum opibus commutare, primò quia sibi à Deo donata esset, cum eum multis precibus de bona conjuge sibi jungendâ sollicit asset, antequam eam duceret, dein, quod etsi non careret defectibus, minoribus tamen quam aliæ fœminæ laboraret, & tertio quod fidem conjugii servaret.* Quæ ex *Valentini Bavari* collectione Ms. refert Seckendorfius T. 3. p. 651. Eorumque gemina in iisdem colloquiis mensalibus per *Aurifabrum* congestis leguntur. Huc etiam refer quod in latina collectione colloquiorum, meditationum &c. nescio quo autore Francof. ad Moen. 1571. 8. in lucem editarum parte 2. p. 18. b. Lutherus cum tenues fortunas parentum suorum recensuisset, *at ego*, inquit, *ditior sum omnibus Theologis Papisticis in toto mundo, quia paucis sum contentus, habeo uxorem & sex liberos à Deo donatos, quo thesauro Papistæ sunt indigni.* Sic in literis ad *Wenceslaum Linkum* scribere non dubitavit arctissimis se conjugii & amoris vinculis ac veluti catenis Catharinæ suæ alligatum esse, ich bin an Ketten gebunden/ quod ejus dictum à Pontificiorum scommatibus liberat B. *Joh. Mullerus* defensione Lutheri defensi p. 252.

§. 15.

Valde etiam fœcundam conjugem expertus est, quæ ut jam audivimus liberos ipsi sex, filios nempe tres, filiasq; totidem peperit. Filiorum nomina *Johannes Martinus*, & *Paulus*, filiarum vero *Magdalena*, *Margarita*, & *Elisabetha*, quarum postrema utpote brevi post nativitatem extincta, omissa est in Genealogia Lutheri insertâ parti quartæ consiliorum Witebergensium p. 16. *Johannes* primogenitus natus A. 1526. 7. Jun. hunc secuta *Elisabetha* nata circa finem A. 1527. *Magdalena* A. 1529. vigilia Adscensionis. *Martinus* A. 1531. 7. Novembris. *Paulus* A. 1533. die 28. Januarii. Deniq; novissima *Margaretha* A. 1534. De quorum singulis nonnulla hoc loco subjicere non absre fuerit.

§. 16.

Johannes avo ſuo cognominis alacri & excitato puer ingenio, jam in teneris annis magna voluptate parentes perfudit, quo nomine Luthero gratulatur *Juſtus Jonas* in literis ſub initium A. 1528. ad eum ſcriptis quarum αὐτόγραφον ſervo. *Filiolum tuum Johannem ſalvum eſſe, erectum, alacrem, volitare & pueriliter diſcurrere, ac parenti delicias facere, gaudio unice. Cui pro his Calendis Januarii mitto Johannem argenteum, ut habeat à Jona xeniolum, teſtimonium qualecunque interim mei erga ſe ſuumq; parentem ſummi amoris.* Neutiquam tamen pater ei juſto fuit indulgentior, ſed ab eo offenſo quamvis delictis puerilibo, tamen in eum etſi vix duodecim annos natum graviter animadvertit. parte 1. colloquior. & meditationum latin. p. 135. *Lutherus filium ſuum Johannem toto triduo in gratiam noluit recipere, quamvis humiliter ſupplicaſſet ſcripto, intercedentibus matre, D. Jona & D. Crucigero, quibus reſpondit: malo habere mortuum quàm immorigerum filium. Paulus non fruſtra dixit, Epiſcopum talem eſſe debere, qui bene præſit domui ſuæ & liberos bene educet, ut alii inde ædificentur, non ſcandaliſentur. Nos in ſublime poſiti omnibus ſumus exemplo, & noſtri liberi degeneres aliis ſunt ſcandalo, & nebulones iſti noſtris abuti volunt privilegiis. Poſtremo etſi ſæpius peccat, tamen nunquam aut raro reſciſco, & accidit nobis juxta proverbium: Mala noſtra domus novisſime experimur, cum omnibus noſtrorum filiorum delicta ſunt nota in omnibus plateis, tandem & nos quoq; experimur, ergo caſtigandus eſt, & illi non connivendum.* Ibid. p. 137. b. *Anno 1539. 21. Febr. Lutherus quendam formæ ſpecioſæ & optimæ indolis ſine moribus conſpexit, ingemiſcensque dixit: Ah quid nunc efficit indulgentia, licentia enim corrumpuntur pueri. Ideo filio meo Johanni non remittam ſuum delictum, aut omnino intermittam, nec multum jocor cum illo, ut cum filiola.* Nihil viciſſim intermiſſum à patre eſt, qvo puerum ſvaviſſimis adhortationibo, blanditiisqve ad diligentiam & pietatem ſectandam aſſvefaceret,

ret, ut vel ex hisce ad Johannem filium, tenerum adhuc puellum A. 1530. scriptis literis patet quæ T. IX. Opp. Witeberg. pag. 442. leguntur.

Kinder-Schrifft D. Mart. Lutheri / an sein liebes Söhnlein / Hänschen Luther / darinn er das Kind mit den allerfreundlichsten Worten und Bilden zu Gottesfurcht / Gebet und Studium locket und reitzt / allerdings nach der Kinder Witz und Verstand gericht.

GNad und Fried in Christo / mein liebes Söhnlein / ich sahe gerne / daß du wol lernest und fleißig betest. Thue also mein Söhnchen und fahre fort / wenn ich heim komme / so will ich dir einen schönen Jahr-Marckt mitbringen. Ich weiß einen hübschen lustigen Garten / da gehen viel Kinder innen / haben güldne Röcklein an / und lesen schöne Epffel unter den Bäumen / und Birnen / Kirschen / Spilling uñ Pflaumen / singen / springen und sind frölich / haben auch schöne kleine Pferdlein mit güldnen Zäumen und silbern Satteln. Da fragt ich den Mann des der Garten ist / wes die Kinder wären / da sprach er / es sind die Kinder / die gern beten / lernen und fromm sind.

Da sprach ich / lieber Mann / ich hab auch einen Sohn / heißt Hänschen Luther / möchte er nicht auch in den Garten kommen / daß er auch solche schöne Epfel und Birn essen möchte / und solche feine Pferdlein reiten / und mit diesen Kindern spielen? Da sprach der Mann / wenn er gern betet / lernet und fromm ist / so soll er auch in den Garten kommen / Lippus und Jost auch / und weñ sie all zusammen kommen / so werden sie auch Pfeiffen / Paucken / Lauten und allerley Saiten-Spiel haben / auch tantzen / und mit kleinen Armbrüsten schiessen.

Und er zeigte mir dort eine feine Wiese im Garten zum Tan-

tzen

zen zugericht / da hingen eitel güldene Pfeiffen / Paucken und feine silberne Armbrüste/aber es war noch frühe/ daß die Kinder noch nicht gessen hatten / darum kunte ich des Tantzes nicht erharren. Und sprach zu den Mann/ach lieber Herr/ich will flugs hingehen / und das alles meinen lieben Söhnlein Hänschen schreiben/daß er ja fleißig bete/wohl lerne und fromm sey/auf daß er auch in diesen Garten komme / aber er hat eine Mume Lene/ die muß er mitbringen/da sprach der Mann/es soll ja seyn/ gehe hin und schreibe ihm also.

Darum liebes Söhnlein Hänschen/lerne und bete ja getrost/ und sage es Lippus und Josten auch/daß sie auch lernen und beten/so werdet ihr miteinander in den Garten kommen. Hiemit biß den lieben Allmächtigen GOtt befohlen. ꝛc.

§. 17.

Est in manibus meis avtographon Epistolæ, quam *Johannes Wilhelmus* Dux Saxoniæ A.1541, in tenera ætate manu sua scripsit ad Johannem hunc quindecim annos natum, quam heic integram inserere juvat, ut pariter constet de gratia qua usus est Lutherus apud Electorem, & de spe quam tum etiam omnes habuere locupletissimam de Johanne Lutheri filio.

Johannes Wilhelmus Dei bene-

ficio Saxoniæ Dux, Studiosissimo & optimæ spei adolescenti *Johanni Luthero*, nobis unice dilecto.

S. D.P. *Studiosissime adolescens, unice nobis dilecte. Nos audivimus te exerceri in iis artibus, sine quibus Respublica non potest administrari nec conservari. Quod nobis affert magnam voluptatem. Primum igitur gratulamur patriæ nostræ, qvæ, speramus & plane nobis persvademus, olim habebit tales homines, qui possint Reipublicæ adjumento & ornamento esse. Deinde te clementer hortamur, ut diligentiam adhibeas imitari amantissimum tuum pa-*

trem, pium ac doctum virum, & illi Dei auxilio pro tuis viribus par fieri, quantum potes. Quâ re facies Deo gratum & de Republica bene mereberis. De nostra autem clementi voluntate erga te dubitare non debes eo nos animo esse, quod libenter vellemus bonas artes promovere, & omnibus studiosis & doctis prodesse, ut gloria Dei illustretur & propagetur ad utilitatem patriæ & piæ Ecclesiæ. Bene Vale, & saluta tuos optimos parentes. Data Torgæ Calendis Septembris 1541.

§. 18.

Ad eundem Johannem, Lutheri judicium acre & vehemens contra Erasmum, legitur in colloquiis mensalibus ab Aurifabro collectis p. 295. Erasmus ist ein Feind aller Religion/und ein sonderlicher Feind und Wiedersacher Christi/ein vollkommen Conterfait und Ebenbild des Epicuri und Luciani. Diß hab ich D. Martin Luther mit meiner eigenen Hand geschrieben/ dir mein lieber Sohn Johannes / und durch dich allen meinen Kindern und der Christlichen Kirchen.

Sensibus hæc imis, res est non parva, reponas.

Diß faß mein Sohn ja wohl zu Hertz/
Und laß es dir seyn gar kein Schertz/
Denn es ist nicht eine kleine Sache/
Die man verachten mög und lache.

Hic vero Johannes, posteaquam ex ephebis excesserat, juris studio diligentem operam impendit, ita quidem, ut filiis Electoris Johannis Friderici ab expeditionibus Cancellariæ & à Consiliis esse juberetur, illoque munere functus est felicissime, donec ingruentibus belli turbis ab Alberto Duce ad simile officium in Borussiã vocatus fuit. Uxorem habuit *Elisabetham* D. Casparis *Crucigeri* filiam unicam, ex eaq; filiam matri cognominẽ suscepit, sed quæ sine prole decessit, ut referunt *Consilia Witenbergensia* in Genealogia Lutheri inserta parti IV. p. 16. & *Seckendorfius* lib. 3. Historiæ Lutheranismi. p. 651. lit. o.

§. 19. De

§. 19.

De *Elisabetha* & *Magdalena* filiabus Lutheri pauca dicenda occurrunt, quia utraque in tenera ætate præmaturam morte obiit. Atque Elisabethæ qvidem nativitatem Luthero gratulatur *Justus Jonas* in literis qvarum avtographon apud nos esse jam supra diximus, qvosqve concludit hoc joco : *Meus filius tuæ filiæ futuræ sponsæ suæ nunciat salutem.* Verum illa admodum infans ad cœlestem sponsum vocata est, ut constat ex ejus Epitaphio in campo sancto extra portam conspicuo, qvod refert *Balthasar Menzius* in syntagmate Epitaphiorum Witebergensium libro IV. & *Gotfridus Suevus* in Inscriptionibus Witebergensibus. Ita vero se habet : *Hic dormit ELISABETH, filiola Martini Lutheri, Anno 1528 3 Augusti.* Magdalena ad illam quidem ætatem pervenit, ut Catechismum cum fratre Johanne & Patre orare didicisset, doctoris partib9 fungēte ipso parente Luthero. Colloqv. mensal. ab Aurifabro collecta p. 3. b. Ich/ wiewohl ich ein alter Doctor der heiligen Schrifft bin/ bin ich doch noch nicht aus der Kinder-Lehre kommen / und verstehe die Zehen Gebot Gottes/ den Glauben und das Vater Unser noch nicht recht/ ich kans nicht ausstudiren noch auslernen/ aber ich lerne noch täglich dran/ und bete den Catechismum mit meinen Sohn Hänschen/ und mit meinen Töchterlein Magdalenen. Vix tamen qvartum decimum annum attigerat, cum acerbo obitu parentibus, qvibus charissima fuerat, erepta fuit. Mater de hoc monita fuit nocte præcedente per somnium, quod in iisdem colloquiis memoratur. p. 353. Als Magdalena/ D. Mart. Lutheri Tochter/ A. 1542. gestorben war/ da hat D. Martin Luthers Frau die Nacht zuvor einen Traum gehabt / daß sie gedaucht hatte / daß zween schöne junge wolgeschmückte Gesellen kommen wären/ und hätten ihre Tochter wollen zur Hochzeit führen : Als nun Philippus Melanchthon des Morgens kömmt ins Kloster/ und sie fragte / was ihre Tochter machte / da hat sie ihm den Traum

Traum erzehlet/aber er war darüber erschrocken/ und zu andern gesagt: Die jungen Gesellen sind die lieben Engel/ die werden kommen/und diese Jungfrau in das Himmelreich in die rechte Hochzeit führen. Und an denselben Tag war sie auch gestorben. Quid vero impedit ex eodem libro referre, quam fortiter & puella mortem sustinuerit, & pater ejus jacturam filiæ dilectissimæ tulerit. Da seine Tochter noch sehr kranck lag/sprach er/ Doctor Martinus: Ich habe sie sehr lieb/aber lieber GOtt / da es dein Wille ist/daß du sie dahin nehmen wilt / so wil ich sie gerne bey dir wissen. Und da sie also im Bette lag/sprach er zu ihr: Magdalenichen/du bliebst gerne hie bey deinen Vater/ und zeugst auch gerne zu jenen Vater. Sprach sie: Ja/ hertzer Vater/wie GOtt will. Da sagte der Vater: Du liebes Töchterlein / der Geist ist willig/ aber das Fleisch ist schwach. Und wandte sich herum und sprach: Ich habe sie ja sehr lieb/ ist das Fleisch so starck/ was wird denn der Geist seyn? = = = Da nun Magdalenichen in Zügen lag/ und jetzt sterben wolte / fiel der Vater fürm Bette auf seine Knie/ weinete bitterlich/ und betet/ daß sie GOtt wolte erlösen. Da verschied sie und entschlieff ins Vaters Händen/die Mutter aber war auch wol in derselben Kammer/ doch weiter vom Bette/um der Traurigkeit willen/das geschach nach neune am Mittwochen des 17. Sonntags nach Trinitatis Anno 1542. Er der Doctor wiederhohlete offt/ wie droben angezeigt/und sprach: Ich wolte gern meine Tochter behalten/denn ich habe sie ja sehr lieb / wenn mir sie unser HErr GOtt lassen wolte/doch geschehe sein Wille/ihr kan zwar nichts bessers geschehen. Da sie noch lebte/sprach er zu ihr/liebe Tochter/du hast noch einen Vater im Himmel zu dem wirstu ziehen. = = Da sie nun im Sarck gelegt war/sprach er/ du liebes Lenichen/ wie wohl ist dir geschehen? Sahe sie also liegend und sprach: Ach du liebes Lenichen/du wirst wieder auffstehen/und leuchten wie ein Sterne/ ja wie die Sonne. Da man ihr aber den Sarck zu enge und zu kurtz

gemacht

gemacht hatte/ sprach er: Das Bette ist ihr zu klein/ weil sie nun gestorben ist/ ich bin ja frölich im Geist/ aber nach dem Fleisch bin ich sehr traurig/ das Fleisch wil nicht heran/ das Scheiden vexirt einen über die Masse sehr/ Wunderding ists/ wissen/ daß sie gewiß im Friede und ihr wohl ist/ und doch noch so traurig seyn. Und da das Volck kam/ die Leiche helffen zu bestätten/ und den Doctor nach gemeinen Brauch und Gewohnheit anredeten und spracheu; Es wäre ihnen sein Betrübniß leid. Sprach er: Es soll euch lieb seyn/ ich habe einen Heiligen gen Himmel geschickt/ = = Ja ich habe ihrer zween hingeschickt/ (Elisabethen und Magdalenen) = = = da man sie einscharrete und begrub/ sprach er: es ist die Aufferstehung des Fleisches. Und da man wieder vom Begräbniß kam/ sprach er/ meine Tochter ist nun geschickt beyde an Leib und Seel/ = = = zweene Heiligen hat unser HErre GOtt aus meinen Fleisch/ = = - wenn meine Tochter Magdalena wieder solte lebendig werden/ und solte mir das Türckische Reich mitbringen/ so wolt ichs nicht thun. O sie ist wohl gefahren/ Beati mortui, qvi in Domino moriuntur. Wer also stirbt/ der hat das ewige Leben gewiß/ ich wolte/ daß ich und meine Kinder und ihr alle solt so hinfahren/ denn es werden böse Zeiten hernach folgen.

§. 20.

Hæc aliaque in colloquiis illis mensalibus leguntur, quibus B. Luther9 se super beato filiolæ suæ obitu, Christiano more solatus est. Neq; dubitamus in ejusmodi rebus fidem adhibere illi collectioni, quamvis alias probe constet ex colloqviis mensalibus sive ab Aurifabro sive ab alio qvovis congestis utpote à Luthero ipso non agnitis nec probatis, nihil valide adversus Lutheri doctrinam famamque probari posse, ut in *Apologetico pro Lutheranismo Chrysostomi* adversus *Joh. Franciscum Hackium* Jesuitam p. 42. seq. pridem ostendi. Adde duumviros præstantissimos è nostris *Christian. Kortholtum* lib. de Canone p. 38. seq. & D. *Va-*

& D. *Valentini Alberti* Bedencken über Florim. Remondi Schrifften p. 99. Uxorem etiam suam obitu filiæ Magdalenæ vehementer afflictam excitare levareq; dolore non destitit Lutherus. Da nun seine Haußfrau sehr traurig war/weinete u. heulete/sprach D. Martin Luther zu ihr: Liebe Käthe/bedenckt doch wo sie hinkömpt / sie kömpt ja wohl / aber Fleisch und Blut fleischet und blutet/thut wie seine Art ist/der Geist lebet und ist willig. Die Kinder disputiren nicht/ wie mans ihnen sagt/ so glauben sie es / bey den Kindern ist alles einfältig / Sterben ohne Schmertz und Angst/ ohne Disputiren / ohne Anfechtung des Todes/ohn Schmertzen an Leib/gleichwie sie entschlaffen.

Epitaphium à patre ipso filiolæ concinnatum:

Dormio cum sanctis hîc Magdalena, Lutheri
Filia,& hôc stratô tecta quiesco meo.
Filia mortis eram peccati semine nata,
Sangvine sed vivo, Christe, redemta Tuo.
Die Septembris 20. Anno 1542. ætatis suæ 14.

Hie schlaff ich Lenichen D. Luthers Töchterlein/
Ruh mit allen Heiligen in meinen Bettlein/
Die ich in Sünden war gebohren/
Hätt ewig müssen seyn verlohren/
Aber ich leb nun und habs gut/
HErr Christe erlöst mit deinen Blut.

Hoc Epitaphium non integrum refertur à *Gotfrido Svevo* in Inscriptionibus Witenbergensibus.

§. 21.

Martinus Parenti ἐπώνυμος & longe dilectissimus fuit. T. 1. Colloq. meditationum &c. p. 135. b. *Infantes juniores à parentibus semper magis diliguntur. Martinus meus mihi est thesaurus gratissimus, & tales infantes indigent summo parentum affectu & custodia. Johannes, Magdalena, loqui possunt, tantâ custodia non indi-*

indigent, ideo amor parentum semper & simpliciter descendit ad noviter natos. Ejusdem Martini mentio in Tisch-Reden p. 194. Umb die arme Jugend und den unverständigen Mann ists zu thun/ da muß sich ein Prediger herunter lassen. Also thut der HErr Christus/ der geht nicht anders daher/ denn als hätte er mein Martinchen/ Paulichen und Magdalenichen für sich. Wenn er aber kömpt zu Pharisäern / da gibt er ihnen einen Schnitzer. Den kleinen Kindern soll man predigen / denen ist das Predig-Amt eingesetzt. Hic secundo genitus Lutheri filius diligentem postea Theologiæ operam navavit, Consulisqve Witebergensis Joh. Heiligeri filiam in matrimonium duxit. Decessit autem ibi sine prole anno post obitum parentis Lutheri undevigesimo A. C. 1565. ut ex epitaphio ejus apud Menzium obvio notat *Seckendorfius* lib. 3. p. 652. Illud vero Epitaphium à *Sueno* qvoqve relatum his verbis legitur:

Hac Martinus humo dormit post fata Lutherus,
Cui pater Helias tertius ille fuit.
Nomen idem cum patre, eadem cum patre manebat
Nixa fides meritis, maxime Christe, tuis.
Isqve Heiligero natam de Consule ducens
Annam legitimo junxit amore sibi.
Hinc celebrem laudem laudata à virgine duxit,
Mens erat his eadem, par amor, una fides.
Nil stabile est terris, vix qvinqve peregerat annos,
Mors rupit grati vincula conjugii.
Sed nunc aree poli vivit, terrisqve morante
Pro socero & chara conjuge vota facit.
Lætaturqve, die qvo reddita corpora vitæ
Convenient Christi judicis ante thronum,
Æternumqve Dei vultu & sermone fruentur
Splendida luce nova justitiaqve Dei.

Obiit anno Christi 1565. die 3. Martii.

§. 22.

Seqvitur ut de *Paulo* nonnulla dicamus, qvi Anno 1533. 28. Januarii hora prima noctis natus est. Susceptores fuerunt Illustrissimus Dux Johannes Ernestus, Johannes Læser, D. Jonas, Philippi Melanchthonis uxor, Caspar Lindeman. Advenientem Hans Læser ita excepit parens Lutherus: *Deo gratias, Ego clementiæ tuæ & aliis in rebus inservire non denegabo, hodie natus est novus Papa, juvate ergo miserum ut baptizetur.* Baptizatus est autem infans in arce ex pelvi. Deinde compatres suos Lutherus habuit convivas, ubi amicissime confabulati sunt, & inter alia hæc dixit: *Filium meum Paulum nominare feci. Divus enim Paulus multa varia ac optima proposuit argumenia & dicta, ut merito filium adhuc alterum suo nomine vocarem. Deus det illi gratiam & dona Pauli. Ego volente Deo filios meos à me dimittam, qvi delectatur militia, illum mittam ad Dn. Læserum, qvi vult operam dare literis, mittetur is ad D. Jonam & Philippum, qvi vult laborare, illum commendabo rustico.* Qvæ singula refert Luther ò tunc præsens omniumq; horum testis αὐτόπτης collector colloqviorum, meditationum &c. part. 2. p. 20. Paulus vero iste à primis statim annis dedit documenta ingenii acris animiqve constantis & gravis, ex scholaqve in Academiam missus *Philippo Melanchthone & Vito Winsemio* præceptoribus usus est ad lingvas artesqve & disciplinas humaniores felieiter imbibendas. Ad Medicinam deinde excolendam animum Patre haud invito applicuit, cujus rei ipse causam reddit in oratione inaugurali qvæ legitur Tom. 3. *Declamationum Melanchthonis* p. 762. 763. *Si qværat aliqvis, cur artem Medicam potius qvam patris exemplo doctrinam sacram scrutatus sim professione, (studio enim & cura discendi in neutro mihi defui unqvam) illi respondeo, nec temere me & inconsulto, nec meo solius consilio sine prudentiorum autoritate & consensu aut in hoc studii genus ingressum esse, aut postqvam id suscepissem, vagatum in eo sine ratione & ordine temere. Sed cum natura*

purâ mepater duci ad cognitionem mirandæ varietatis rerum, qvas hoc mundi domicilium velut theatrum qvoddam contemplandas nobis exhibet, & cum qvadam alacritate ac voluptate inchoare consideration em naturæ puerum adhuc animadverteret, delectatus hoc meo studio, non autor tantum sed hortator etiam & impulsor fuit, in eo ut pergerem ac perseverarem. Sæpe cum de his studiis Philosophicis familiariter cum amicis colloqveretur, præcæteris artem Medicam prædicabat maxime. Hoc Patris judicio accendebar, præsertim cum & causas qvas addebat intelligerem. Non enim suavitate doctrinæ & magnitudine utilitatum, qvibus de toto genere hominum hæc mereretur optime, tam se capi ac moveri ajebat, qvàm cognatione cum doctrina sacra. Solam cum hanc post sacrarum literarum divina voce patefacta testimonin)quæ sola quis & qualis sit Deus, & quæ Dei voluntas, expresse docent) post illa, inquam evidentius cæteris artibus convincere animos hominum, & confirmare certius de Deo, prolatis collectisque ex miranda corporum nostrorum fabrica, & extantain rebus nascentibus distinctarum virium varietate, illustribus & conspicuis vestigiis providentiæ, sapientiæ, potentiæ & bonitatis divinæ. Et in populo Dei, autoritate & mandato divino semper familias sacerdotum cum doctrina cœlesti studia atque exercitia artis Medicæ & cognatarum conjunxisse. Dedidi me itaque artis Medicæ studiis, & insita qvadam propensione incitatus, & invitatus doctrinæ pulchritudine, & gravissima Patris autoritate confirmatus, in quo si quid consecutus sum, quo serviam & prosim aliis, lætabor vel de successu felici, tanquam de uberrimo impensæ operæ fructu, & Deo gratias agam. Certe non umbras captare evanidas, sed fontes exquirere atque introspicere studui.

§. 23.

Paulus itaqve Lutherus Medicinæ Doctor renunciatus Witebergæ A. 1657. Decano *Jacobo Milichio*, in Academia Jenensi deinde Medicinam magno applausu docuit, donec in aulam

Vinarienſem vocatus a *Joh. Friderico II.* Duce Sax. Gothano, Archiatri munere ibi functus eſt. Sed expulſo A. 1567. Principe deditaqve Gotha, *Joachimi II.* Electoris Brandenburgici Medicus eſſe cœpit, qvem etiam anno ætatis qvarto & ſexageſimo cum graviſſimo morbo conflictantem, Divina ope reſtituit ſanitati. Dum vero mors Electoris biennio poſt A. 1571. inſecuta eſſet, Paulus Lutherus pervenit in aulam Electoris Saxoniæ *Auguſti*, cui non minus qvam *Chriſtiano primo* operam fidiſſimam Archiatri navavit & præſtitit. Prædio etiam eqveſtri donatum ab Electore Auguſto refert Seckendorfius lib. 3. p. 652. ubi eum *virum magnæ dignitatis & gratiæ, eundemqve magnæ pietatis & in doctrina à parente ſuo traditæ, ſpeciatim etiam in articulo de Sacramento Euchariſtiæ conſtantiſſimum* vocat. Nec mediocrem ipſius fuiſſe in aula autoritatem, vel ex hoſtis teſtimonio conſtare poteſt: vide *Arnoldum Meshovium* D. Petri apud Ubios Parochum in vita Caſparis in Ulenbergii p. 12. Ob religionis tamen negotium CryptoCalvinianis qvibusdam inviſus A. 1589. aula diſceſſit, Lipſiamqve commigravit privati vitam ibi degiturus. At enim inde qvoqve poſt qvadriennii ſpatium ab adminiſtratore Electoratus Saxonici *Guilielmo Friderico* ad curam tam ipſius qvam Principum pupillorum in aulam revocatus A. 1592. annoqve interjecto beatam animam placide efflavit die 8. Martii A. 1593. natus annos ſexaginta. Confer *Matthæi Dreſſeri* orationem de Paulo Luthero, qvæ ſubjecta eſt ejusdem de Martino Luthero Hiſtoriæ, Lipſiæ A. 1598. excuſæ. *Melchiorem Adamum* in vitis Medicorum p. 338. & *Paulum Freherum* in Theatro virorum eruditione clarorum p. 1294.

§. 24.

Ex uxore ſua *Anna, Viti Warbecii* ex gente nobili Thucia, Svevorum ad Mundam, Canonici Altenburgenſis, Conſiliarii & poſtea Vice-Cancellarii in aula Joh. Friderici Electoris filia, Pa-

Paulus Lutherus ſuſcepit ſex liberos: *Paulum*, *Joh. Erneſtum*, *Joh. Fridericum*, *Joh. Joachimum*, *Margaritam* & *Annam*, qvorum tres, Paulus nempe, Johannes Fridericus & Joh. Joachimus in flore ætatis ſine prole deceſſerunt: Margarita maritum habuit *Simonem Gotſtrig* redituum Archiepiſcopatus Magdeburgenſis præfectum (Möllenvogt vulgo vocant) *Annæ* nubſit *Nicolao Mareſchallo* ex gente *Biberſteiniorum*, heredi *Scholiæ ſuperioris*, eqveſtris ordinis viro: *Johannes* vero *Erneſtus* Canonicus & ſenior Capituli Cizenſis ex uxore *Martha*, *Jeremiæ Blumenſtengelii* Conſulis Cizenſis filia ſuſcepit liberos octo *Martinum*, *Johannem Paulum*, *Johannem Martinum*, *Joh. Erneſtum*, *Annam Catharinam*, *Magdalenam*, *Suſannam Chriſtinam* & *Eliſabetham Catharinam*. Ex qvibus ſolus fere vitalior ætatem tulit *Johannes Martinus*, ante paucos annos defunctus, qvi uſus gratia atqve ſingularibus beneficiis glorioſiſſimæ memoriæ Electoris Joh. Georg. I. cum Witebergæ in ſtudia gnaviter incubuiſſet, Conſiliarius deinde Electoralis in regimine Miſnenſis Epiſcopatus qvod Wurzenæ eſt, Decanus ibidem Cizenſis & Canonicus Miſnenſis vir doctiſſimus & honeſtiſſimus, prædio etiam eqveſtri Hohburg in diſtrictu illo ab Electore donatus: uxores habuit primam *Reginam*, *Guilelmi Lyſeri* Profeſſoris Theologi Witebergenſis & Decani Miſnenſis filiam, qvæ ipſi duos filios *Joh. Wilhelmum* & *Martinum Fridericum* peperit, illaqve defuncta ex altera uxore ſua *Margarita Sophia* filia magni *Joh. Hulſemanni* Theologi & Superintendentis Lipſienſis & præpoſiti Cizenſis ſuſcepit filium *Joh. Fridericum* filiamqve *Reginam Sophiam*.

§. 25.

Supereſt ex Lutheri liberis ſola commemoranda *Margarita*, cujus mentio in Tiſch-Reden p. 195. b. ubi Lutherus Deo gratias agit, qvod illam pariter ſeqve ſervaverit, cum eadem manu qva peſtilentiale ulcus paulo ante tetigerat, Margaretæ ſuæ faciem imprudens ei abblandiendo contrectaſſet. Wenn

mich das Loß träfe/krancke Leute zur Zeit der Pestilentz zu besuchen/ wolt ich mich nichts scheuen oder fürchten. Ich hab nun drey Pestilentz ausgestanden/ bin auch bey etlichen gewest die sie gehabt/ als Schadewelt/ der hätte ihr zwo/ die begriff ich gar wohl/ aber es hat mir nichts geschadet. GOTT Lob / ich kam noch dasselbe mahl heim/ und greiffe meiner Margareten/ die da zur Zeit noch klein war/ üm das Maul mit ungewaschenen Händen/ aber ich hatte es warlich vergessen/ sonst hätte ichs auch nicht gethan/ denn es wäre GOtt versucht. Hæc deinde Margaretha nubsit *Georgio de Kunheim* seniori, nobili Borusso heredi in Knautem, Perckniken, Muhlhausen & Sasseinen, Duci Borussiæ a consiliis in regimine provinciæ (Land-Raht) Circulique Bartensteinensis prætori & redituum præfecto (Land Richter und Kasten Herr) ex qvo mater plurimorum liberorum fuit, in qvorum numero filia Dorothea in matrimonium ducta à *Friderico Kitlizio* Libero Barone in Grosvvaldek. Vide Genealogiam Lutheri insertam parti qvartæ Consiliorum Witebergensium p. 16. sæpius jam nobis laudatam.

§. 26.

Ut jam è diverticulo in viam, sive à liberis Lutheri charissimis ad uxorem ejus Catharinam redeat nostra oratio, ad conjugium istud jucundissimum reddendum non parum profecto momenti attulit, qvod illa non admodum imperiosa sed valde obseqvente conjuge Lutherus uteretur, ceu ipse non dissimulat in literis scriptis ad Michaelem Stifelium Witeberg. 11. Augusti 1526. *Salutat te Ketha costa mea, & gratias agit qvod eam literis tuis tam suavibus dignatus es. Ipsa belle habet Dei dono, mihique morigera & in omnibus obseqvens est, & commoda plusqvam ausus fuissem sperare, Deo gratia, ita ut paupertatem meam nollem cum Cræsi divitiis commutare.* Parte 2. Epist. p. 318. Huic itaqve potius testi credamus, qvàm *Pontano* apud Seckendorfium lib. 3. p. 651. qvi in literis post mortem Lutheri ad Electorem Sax.

scriptis

scriptis arguit eam *animo fuisse elatiore & imperioso, tenacemqve in victu domestico, et si sumtuosam in ædificia*, in primis in prædium *Zeulsdorff*, qvod ei in testamento dotalitii nomine Lutherus assignavit. Non sane Lutherus fuit ex eorum maritorum numero, qvi amoris impotentia vel stolida negligentia uxoribus suis omne in se imperium concedunt, qvalis fuisse videtur ille qvondam Corinthus, cujus tumulo, Tortonia uxor *mariti obsequiosissimi* elogium inscripsit.

ÆMILIO. VALERIO. CORINTHO,
HOMINI. BONO.
QVI. VIXIT. ANNOS. XL.
DEFUNCTO. HONORIBUS. ÆDILITIIS.
ANTONIA. TORTONIA.
MARITO. OBSEQVIOSISSIMO.

Vide *Philippum Caroli* animadvers. in Angellii noctes Atticas lib. 1. cap. 17. p. 92. Eqvidem sæpius objectum mihi esse memini, Lutherum ipsum non dubitasse *Catharinam Dominum suum*, meinen Herrn Käthen appellare: qvod haud inficior, neq; retinebo ex Celeberrimi Dn. *D. Maieri* Pastoris Bremensis ad D. Stephani Cimmeliarchio me ipsum literas Lutheri accepisse & servare, hanc inscriptionem præ se ferentes. At primum qvis non videt, genii præsertim beati viri non ignarus, hoc innoxio joco ab illo factum? Deinde vero, sane qvod ad œconomiam attinet, ejus dominio curæqve cuncta permisit, atqve ut pro prudentia atqve parcimonia sua familiæ victum moderaretur, Catharinæ concesit Lutherus, nulla enim ratione sibi melius consulere poterat, aut de ejus vel prodigalitate profusioneqve, aut avaritia reiqve familiaris ignoratione conqverendi causam habuit ullam. Qvin sæpius fassus est œconomiam optime ab illa administrari. In Tisch-Reden p. 311. Eine jegliche Person in der Ehe sol ihr Amt thun was ihr gebühret / der Mann soll erwerben / das Weib aber soll ersparen. Darum kan das Weib /

den

den Mann wohl reich machen/ und nicht der Mann das Weib/ denn der ersparte Pfennig ist besser denn der erworbene. Also ist räthlich seyn/ das beste Einkommen. Ich bliebe sonst billig im Register der Armen/ sprach D. Luther/ denn ich halte groß Gesinde. Uxor illius conqvesta se adhuc tria tantum vasa cerevisiæ habere, respondit Lutherus: *Deus noster ex tribus qvatuor facere potest: Nisi ipse fuerit pater familias, actum nobiscum erit. Nam ego mirabilem habeo œconomiam, qui plus consumo quàm recipio, oportet me per singulos annos habere quingentos florenos ad œconomiam in culinam, ut interim taceam de vestitu & ornatu ac eleemosynis, cum tamen stipendium meum in se habeat ducentos florenos. Ego ad œconomiam valde sum idoneus, propinqvorum, pauperum alimentis & qvotidiano peregrinorum adventu exhaurior, si minorem haberem domum & à copia familiæ me abstinerem, quam paucissimis rem domesticam curarem, verum oportet Deum tutorem esse stultorum*: Ego *natus ex pauperibus. Pater pauper fuit fossor montium, mater omnia ligna ad rem domesticam necessaria in dorso importavit, ut eo melius filios educarent, duros perpessi sunt labores. At ego ditior sum omnibus Theologis Papisticis in toto mundo, qui a paucis sum contentus, habeo uxorem* &c. Colloq. & meditatt. Lutheri parte 2. p. 18. Neqve vero ita etiam in re familiari omne imperium Catharinæ suæ concesit, ut omni jure se abdicasset, nam ibidem p. 19. ita ad uxorem dixisse legitur: *Tu mihi persuades qvicqvid vis, totum habes Dominium. In œconomia qvidem tibi concedo dominium, SALVO JURE MEO. Mulierum enim Dominium nihil boni unquam effecit.* Qvam alioqvi gravis atqve infensus fuerit Gynecograriæ sive iniqvio mulierum dominio Lutherus, vel ex hisce ejus literis intelligi potest cujus ἀρχέτυπον ego possideo, unde verum ἀπόγραφον hic in lectoris gratiam subjiciam, ut ex eo reliqva exempla (diversimode enim Epistola illa exarata circumfertur, Germanice qvidem translata T. 9. Witeberg. p. 271. b.) possunt suppleri & emendari.

Grati-

Gratiam & pacem in Domino. Inobedientia uxoris, mi Stephane, mihi satis displicet. Deinde & tibi incipio subirasci, qvod mollitia animi tui, non conservitute Christiana, qva illi debes prodesse, tyrannidem ei parasti ac hactenus aluisti, ut jam tua qvoqve culpa esse videatur, qvod illa sic audet in te omnia. Certe qvando sentiebas asinum pabulo lascivire, i. e. uxorem indulgentia & obsequio tuo fieri deteriorem, debuisses cogitare Te Deo oportere plus obedire qvàm uxori, id est, ne ei permitteres autoritatem maritalem, qvæ est gloria Dei ut Paulus ait, ab ipsa contemni & conculcari. Satis enim est eatenus exinanire gloriam Dei, ut servi formam accipiat, sed nimium est eam prorsus tolli & extingvi. Proinde vide ut Vir sis, & infirmitatem uxoris sic feras, ne malitiam foveas, & dum servis nimium, Gloriam Dei, qvæ in te est, inhonores exemplo satis periculoso. Facile autem est discernere, infirmitas sit an malitia. Si infirmitas, ipsa feratur, si malitia autem, coerceatur. Infirmitas secum habet promtitudinem discendi & audiendi, saltim semel in horis duodecim. Malitia autem pertinaciam habet resistendi & perseverandi. Ubi ipsa intelliget malitiam pro infirmitate à te intelligi, qvid mirum si pessima fiat? Etiam tua culpa Sathana fenestram aperis in misero vasculo pro sua libidine te irridendi & incitandi & omnibus modis vexandi. Tibi certe & illi consultum ac Diabolo repugnatum. Vale.

D. Martin Luther.

Desinant igitur adversarii Dominum Lutheri Catharinam nobis exprobrare, ne imprudētes nobis campum aperiant, prolixius differendi de obsequio impuro scandalosissimoqve qvod toti ferme Europæ intolerabile patrum nostrorum memoria *Donnæ Olympiæ* præstare non erubuit Sanctus si Diis placet Pontifex Maximus *Innocentius X.* Desinant inqvam, ne ansa nobis suppeditetur, qvi olim de titulo Romani pontificis hypocritico *servi servorum* exercitationem in lucem edidimus, novo argumento minime tamen fabuloso sed verisimo commentandi

etiam *de Pontificibus Romanis servis servarum.* Nondum oblivione deletus contritusqve numus aureus, haud vulgaris pretii & magnitudinis, jam dicto Innocentio cum scriptis variis anonymis satyricis oblatus, cujo altera facies *Olympiam papali corona caput ornatam, clavesqve Petri manu tenentem*, altera vero *Pontificem comtis colligatisqve capillis & fœminarum more ad colum sedentem* exhibebat. Verum de his aliisqve pluribus hujus generis fusius & convenientius alio loco.

§. 27.

Jam æqvum est ut ostendamus qvam amantissima mariti fuerit, qvamq; diligentem Lutheri curam habuerit Catharina Boria, qvod cum per omne spatium conjugii, tum eo potissimum tempore clarissime apparuit, cum visa sibi est tam carum caput jam perditura vel jam perdidisse. Aliqvando Lutherus expositurus Psalmum XXII. assumpto sale & pane, triduo integro se Museo mancipaverat, ut tanto contentius ab omnibo impedimentis procul, sacris meditationibus vacare posset. Tum uxor non tantum sollicite eum qværere, usqveqvaqve circumcurrere, ejulare, pulsare januam, ei acclamare, sed deniqve non patiens doloris, & marito secus aliqvid accidisse verita, effringere ope fabri fores, atqve ita irrumpere. Lutherus in mediis meditationibus ab uxore repertus, male se ferre qvidem testato est, qvod in laboribus sacris tanti momenti interrumperetur. Meinet ihr denn/ es sey was schlechtes das ich vorhabe? Vide *Reinhard, Bakium* ad Ps. 22. Sollicitudinem tamen & amorem curamqve uxoris non potuit improbare, qvæ longe magis etiam apparuerat cum Lutherus An. 1527. in gravissimum morbum, prostratis subito viribo, incidisset, ut animam agere videretur. Tunc enim nõ modo omni ratione ægroto uxor adfuit cura, ope, sed & ejus doloribus se qvoq; incredibiliter affligi sentiens, ipsi tamẽ solatio potius qvam majori ægritudini esse allaboravit. Luthero jam de beato obitu cogitans testamentum condiderat, das Te-

stament

stament aber/so er sein Gemahl/die schwanger war/ und Söhnlein Hänsichen ordnet und beschiede/war dergestalt: Mein allerliebster GOtt / ich dancke dir von Hertzen / daß du gewolt hast / daß ich auff Erden soll arm und ein Bettler seyn / kan derhalben weder Hauß/Ecker/liegende Gründe/Gelt u. Gut meinem Weib und Söhnlein nach mir lassen. Wie du sie mir gegeben hast/so bescheide ich sie dir wieder/du reicher/treuer GOtt/ernehre sie/lehre sie/erhalte sie/ wie du mich bißher ernehret/ gelehret/erhalten hast/ O Vater der Weysen/ und Richter der Wittwen. T. IX. Witenb. p. 240. Etiam gravitatem morbi intelligens jam valedixerat uxori & filiolo Johanni jam vix annum nato. ibid. p. 242. Nicht lange darnach sagte er zu seiner Haußfrauen/ meine allerliebste Käthe/ich bitte dich/wil mich unser lieber GOtt auff dißmahl zu sich nehmen/daß du dich in seinen gnädigen Willen ergebest. Du bist mein ehrlich Weib/dafür solt du es gewiß halten/ und keinen Zweiffel daran haben/laß die blinde gottlose Welt dawider sagen was sie wil/richte du dich nach GOttes Wort/ und halte fest daran/so hast du ein gut Gewissen / beständigen Trost wider den Teufel und alle seine Lästermäuler. ..... Indem / da ihm warme Tücher und Küssen auffgelegt worden / den erkalteten Leib wieder zu erwärmen/fragt er nach seinen Söhnlein / wo ist denn mein allerliebstes Hänßchen? da das Kind gebracht ward/ lachts den Vater an/ da sprach er/ O du gutes armes Kindlein/ nun ich befehle meine allerliebste Käthe u. dich armes Weißlein meinen lieben frommen GOtt/ihr habt nichts / GOtt aber/ der ein Vater der Weisen und Richter der Wittwen ist / wird euch wohl ernehren und versorgen. Darauff redete er weiter mit seiner Haußfrauen von den silbern Bechern/ die ausgenommen/ sagt er/weist du/daß wir sonst nichts haben. Attamen Catharina uxor ad hæc omnia constanti animo gravissimum luctum premebat, nihil magis cavens, qvam ne inconsultis & effœminatis lamentationibus marito gravis esset morbumqve graviorem redderet:

ret: Uber dieser und andern Reden ihres Herren/ war die Doctorin hoch erschrocken u. betrübt/ließ sich doch nicht mercken/daß ihr so groß Leid geschah/daß sie ihrem lieben Herren dergestalt so jammerlich da für ihren Augen solt sehen liegen/sondern stellt sich gerrost und sprach: Mein liebster Herr Doctor, ists GOttes Wille/so wil ich euch bey unsern HErren GOtt lieber denn bey mir wissen. Es ist nicht allein üm mich und mein Kind zu thun/ sondern üm vieler frommen Christlichen Leute / die euer noch dürffen/wolret euch/mein allerliebster Herr/meinethalben nicht kümmern/ ich befehl euch seinen göttlichen Willen/ ich hoffe und trau zu GOtt/er werde euch gnädiglich erhalten. T.9.Witeb. p. 242.b. En uxorem conjugis sui amantissimam, in præsentissimo tamen ejus vitæ periculo patientia constantiaqve animi & fiducia in Deum paucis viris inferiorem! Qvas virtutes dubio procul in Schola Davidica didicit & diligentii Psalmorum lectione imbibit sibiq; familiares fecit,fuerat enim jampridem lectionis Scripturæ studiosissima Catharina, unde cum Lutherus eam aliqvando ad diligentem lectionem,Psalterii præcipue, hortatus esset,illa respondit se nihil qvidem majori studio hacten9 fecisse & facere,si modo vitam suam juxta verbum auditum & lectum instituere posset. Vide Colloq. & meditatt,Lutheri T.2.p.19.

§. 28.

Cum Anno 1530.Lutherus Koburgi peregre abesset,atq; interim Dominica Exaudi pater ejus *Johannes,Henrici,*(Heyne) *Lutheri* filius Fribergæ diem obiisset,uxor eum literis & missa Magdalenæ effigie solata est,porroq; de eo vehementer sollicitaretur.Utrumq; didici fuit ne forte luctu graviore nimium affligeretur. Ex literis *Viti Dieterici* ad Catharinam Lutheri conjugem exaratis,qvas inter plurimas ejusmodi,manu scriptas servo, & qvia etiam de Luthero,qvomodo mortem parentis tulerit,singularia qvædam docere nos possunt,heic cum bona lectoris venia inserere volui.

Gnad

Gnad und Fried von GOTT. Freundliche / günstige liebe Frau Doctorin. Wisset / daß der Herr und wir mit ihm noch frisch und gesund von GOttes Gnaden sind. GOtt gebe euch auch alles gu es mit eucen Kindern. Ihr habt ein sehr gut Werck gethan / daß ihr den Herrn Doctori die contrafactur geschickt habt / denn er über die massen viel Gedancken mit dem Bilde vergisset / er hats gegen den Tisch über an die Wand geklebet / da wir essen in des Fürsten Gemach --- da ers am ersten ansahe / kunt er sie lange nicht kennen / ey sprach er / die Lehne ist ja so schwartz / aber je zund gefällt sie ihm wohl / und dünckt ihm je länger je mehr / es sey Lehngen / sie sieht den Hänsichen über die massen gleich mit dem Mund / Augen und Nase / in Summa mit den gantzen Angesicht / und wird ihm noch gleich werden / das habe ich euch auff dißmahl zuschreiben wollen. Liebe Frau Doctorin / ich bitte / ihr wollet euch um den Herrn Doctor nicht härmen / er ist GOtt Lob frisch und gesund / hat des Vaters in den ersten zweyen Tagen vergessen / wiewohl es ihm sehr sauer ward. Alsbald er Hans Reinkens Brieff ansieht / sagt er zu mir / wohl an / mein Vater ist auch todt / darnach flugs drauff nimmt er seinen Psalter / geht in die Kammer / und weint ihm genug / daß ihm der Kopf des andern Tages ungeschickt war. Sint hat er sich nichts lassen mehr mercken. Den Sonnabend vor Exaudi war der Kastner bey uns auf den Abend zu Gaste / da der Doctor unter andern / wie ihn die nächste Nacht geträumet hätte / wie ihn ein grosser Zahn wäre ausgefallen / so groß / daß er sich nicht gnug hätte können verwundern. Am Sonntag darnach war der Vater tod / das hab ich euch nicht unangezeigt wollen lassen / bitte wollet meinen Dienst in besten auffnehmen. Damit seyd GOtt mit Hänsgen und Lehngen und den gantzen Hausgesind befohlen - - Mein Georg wird euch drey Gulden geben / die nehmt dieweil / biß wir mehr kriegen. Am Sonntag. S. Veiten, zu Koburg.

M. Veit Diedrich von Nürnberg

Adeo qvavis occasione & omni tempore in id Catharina Lutheri uxor summo studio contendit, ut reipsa talem se præstaret, qvalem maritus postea constituto A. 1542. 15. Sept, solenni testamento eam prædicavit. Sie hat mich allezeit / als ein fromm/treu/ehrliches Gemahl / lieb wehrt und schön gehalten. Vide T. VIII. Altenb. p. 846.

§. 29.

An. 1546. Lutherus à Comitibus Mansfeldensibus ad componenda disidia persuadendamque concordiam vocatus Islebii in patria sua morbo correpto, ipsa Concordiæ die qui fuit decimus octavus Februarii, beate obiit. Catharina uxor ejus cum proficiscenti marito de quo mirifice sollicita erat, in hoc postremo, qvod illa minime sciebat, itinere comes esse propter familiam non posset, & spe brevi illum iterum videndi dimitteret, tres tamen filios ipsi adjunxit, ne solus in itinere relinqveretur. Halis Saxonum deinde comitem ipsi se addidit etiam *Justus Jonas*, ut ipse refert in narratione de beato obitu Lutheri T. 12. Witeb. p. 460. Ubi trium qvoq; filiorum mentio. Auff den Donnerstag welcher war der 28. Januarii, ist er von Halle aus / da er bey Justo Jona zur Herberge gelegen / samt seinen drey Söhnen und D. Jonas warlich etwas mit Gefahr auff den Kahn / über das Wasser gefahren / daß er auch selbst sprach zu D Jonas: Lieber D. Jonas, wäre daß den Teuffel nicht ein fein Wohlgefallen / wenn ich Doctor Martinus mit dreyen Söhnen und euch in dem Wasser ersöffe? und ist folgends nach Eißleben gereiset. Qvo vero animo tunc fuisse credamus Catharinam Boriam? cum nondum mense interjecto intellexit se charissimo & incomparabili marito, liberos vero suos qvorum qvatuor tunc superstites, filii tres etiam morienti præsentes fuerunt, amantissimo patre privatos esse. Qvem per integra qvatuor lustra svavissimum conjugem habuerat, eum procul absens in morte relinqvere coacta, neqve supremum vale ei dicere valens, qvanto dolere oppri-

opprimi qvanto luctu confici debuit! Ipsa tamen neq; in illa calamitate, qvam fortiter & patienter tulit, Christianam se esse dememinit, neq; ex animo elabi passa est illud solatium, qvod Lutherus sæpe cum viveret præcpue vero Anno 1527. morti vicinus ipsi, ut supra §. 26. retulimus, inculcaverat, daß GOtt werde seyn seines Weibes Mann und seiner Kinder Vater. Ps. XLVIII. 6. T. IX. Witeb. p. 240. 242. b. &c. Witebergæ deinde, cum funus mariti, (Elector enim corpus axanime Lutheri Islebio Witebergā transportari ibiq; in templo qvod ab arce nomen habet sepeliri jusserat,) sollemniter splendideq; deduceretur Catharina uxor illud sedens in curru & aliis stipata matronis cum lacrymis & planctibus insecuta est, qvæ vivo illi ultimum adesse non poterat. Nächst nach den Wagen/ darauff die Leiche gefahren/ ist sein ehelich Gemahl die Frau Doctorin Catharina Lutherin, sampt etl chen Matronen/ auff einen Wägelein hinnach geführet/ darnach sind seine drey Söhne/ Johannes Martinus/ Paulus Lutheri/ Jacob Luther/ Bürger zu Mannsfeld/ sein Bruder/ Georg und Ciriax Kauffmann seiner Schwester Söhne/ auch Bürger zu Mannsfeld/ gefolget. T. XII. Witeberg. p. 464.

§. 30.

Ab eo tempore vidua pie & honeste vixit Witebergæ ultra anni spatium, qvamvis Lutherus ei jam vivus adhuc svaserat ut Witeberga discederet, anteqvam per varias calamitates illam relinqvere cogeretur: Mein Hertz ist erkaltet/ hæc sunt verba ipsius Lutheri Witenberga jam profecti, neq; illuc propter Professorum qvorundam tacitam cum Sacramentariis collusionem tunc redire volentis, in literis ad uxorem, daß ich nicht gern mehr zu Wittenberg bin/ wolte auch, daß du verkauffest Hauß und Hoff/ ich hoffe/ mein gnädiger Herr soll mir den Sold folgen lassen/ zum wenigsten ein Jahr meines Lebens. Nach meinem Tode werden dich die vier Elemente zu Wittenberg doch nicht wohl leiden. Darüm wäre es besser bey meinem Leben gethan/ was deñ

zu

zu thun seyn will. Vielleicht wird Wittenberg/wie sich's anläßt/ nicht Sanct Veits Tantz/ oder Beelzebubs Tantz kriegen. --- Nur weg aus diesem Sodoma. -- Ich bin müde/ und will nicht wieder kommen / sondern ümher schweiffen / und das Bettel-Brod essen/ehe ich meine alte letzten Tage mit dem unwürdigen Wesen zu Wittenberg martern oder verunruhigen will/ mit Verlust meiner schweren/ sauren/ theuren Arbeit. Doctor Pommer wird von meinetwegen Wittenberg gesegnen. *Avertat, avertat Deus à Witteberga mea hæc fata, neq; unqvam concedat ut hæc Sion ab hostibus veritatis desoletur, & hæc vinea Dei conculcetur à vulpibus aut tigribus, qvin floreat perpetuo vireat q; instar virgæ Aaronis coram facie Domini. Ego sane nullo tempore desinam pro alma illius salute, qvæ utram q; Lutheri cathedram mihi olim commisit & me fovit, Deum assiduis precibus obsecrare & per Christi vulnera rogare, ut omnes hostium machinationes in nihilum abire, & qvævis mala à charissima illa Academia & civitate Witebergensi procul abesse jubeat !* Qvod vero uxor Lutheri nihilominus etiam post mariti obitum in ea urbe perfistere nõ dubitaverit, nemo facile mirabitur, qvi cogitabit, causam offensi Lutheri majorem partẽ paulo post illic cessisse, cum supplicantibus apud Electorem Professoribus obseqviumq; ac reverentiam pollicentibus & intercedente roganteq; Electore, Lutherus ipse Witebergam reversus fuerit. Vide *Nic. Selneccerum* in Vita Lutheri p. 215. editionis à me curatæ, ubi etiam p. 234. habes adjectas à me Academiæ Witebergensis literas ad Electorem Fridericum, ut Luthero discessum ex Witeberga dissvaderet. Huic accedit, qvod Lutheri vidua fundum ædesq; & bona Witebergæ habens non commode neq; sine magna jactura eadem venditione protrudere atqve inde migrare se posse existimavit. Deniq; facile ipsi ut Witebergæ manere peroptaret, svadere potuit amor cinerum mariti, a qvibus divelli separariq; novum genus viduitatis & calamitatis illi esse videbatur. Sane hac in parte non cessit fidei & constan-

tiæ

tiæ *Johannis Bugenhagii, Caſparis Crucigeri*, aliorumq; : imprimis ludimagiſtri cujusdam Witebergenſis, qvi in publica calamitate bellica rogatus à Pomerano utrum cùm collegis ſuis perdurare & secũ in opido manere vellet, affirmavit ſe manſurum & moriturum citiꝰ qvam ſepulchrum Lutheri deſerturum. Zum andern Schulmeiſter ſandte ich auch/und lieſſe ihn fragen/(ſunt verba *Joh. Bugenhagii* in narratione de ſtatu Witebergenſi durante bello A. 1547. apud *Frid. Hortlederum* in Röm. Käyſ. Majeſt. und Stände Handlungen und Ausſchreiben. T. 2. p. 450.) Ob er auch mit alle ſeinen Geſellen wolte hie bleiben/die antworten mir/ja ſie wolten alle bey mir bleiben/ und ſolten ſie darüber ſterben/ſprechen ſie/ ſo wollen wir gerne bleibē bey den Grabe unſers lieben Vaters *Doctoris Martini Lutheri*. Das gefiel mir ſo ſehr wohl/daß ichs nimmer gegen ſie vergeſſen wil/ aber der Schulmeiſter/ſo dieſe Antwort gab/reiſete zu unſern lieben HErrn JEſu CHriſto/und ward vor Pfingſten hie begraben/blieb alſo beym Grabe Patris Lutheri, eben da man dieſe Stadt wolte auffgeben.

§. 31.

Ann. 1547. cum circa Pentecoſtes feſtum Witeberga à Cæſariano milite obſeſſa, facta deditione in poteſtatem Imperatoris Caroli V. perveniſſet, Lutheri qvoqꝫ vidua una cum liberis ſuis orphanis exulare coacta fuit. Qvo in exilio maximis cum difficultatibus & periculis conflictata eſt, & præter viduitatis incommoda qvæ multiplicia eſſe nemo ignorat, etiam experta eſt magnam ingratitudinem multorum, à qvibus ſperans beneficia propter mariti ſui ingentia merita publica in Eccleſiam, ſæpe turpiter fruſtrata eſt, ut teſtatur *Paulus Eberus* in programmate Catharinæ funebri, qvod infra integrum adducimꝰ. Paulo vero ante exilium, *Chriſtianus III* glorioſiſſimæ memoriæ Rex, cui Dania reſtitutam Evangelii lucem ſingulari Dei beneficio debere ſe fatetur, viduæ Lutheri muneris loco qvinqvaginta Joachimicos transmiſerat, grati animi erga merita mariti ipſiꝰ locupletiſſimos teſtes, ut conſtat ex *Phil. Melanchthonis* Epiſtola ad *Juſtum Jonam* qvæ eſt libri qvarti tertia & nonageſima. *Meminiſti Heſiodi dictum, qvi ait vicinos magis amandos eſſe qvam cognatos qvi*

procul absunt. At contra nos vicini Principes qvos singulari studio coluimus, arma sumserunt, alii nos deserunt. Rex Danicus qvi procul abest, nostris ærumnis pie adsicitur. Misit ἐΦόδια liberaliter viduæ Doctoris Lutheri, tibi, Pastori Ecclesiæ nostræ, & mihi, singulis qvinqvaginta Joachimicos. Mediocribus etiam facultatibus qvas Lutherus viduæ reliqverat, testamentoq; caverat ne à liberis, sed liberi potiọ ab illa dependerent, assignato dotalitii nomine prædio *Zeulsdorf*, cujus jam supra mentionem fecimns, non spernenda donativa Electoris & comitum Mansfeldensium accesserunt, ut honestus victus ipsi & liberis neutiqvam deesset. Vide qvæ de testamento Lutheri ejusq; ad viduæ preces ab Electore facta confirmatione, & donationibus illis observat Seckendorfius lib. 3. p. 651.

§. 32. In eodem testamento liberum etiam reliqverat Lutherus vinæq; providentiæ & uxoris voluntati in solidum commiserat, utrũ ad secunda vota transire vellet, hac tantum lege ut tunc cum liberis bona sua divideret: At dignissima Luthero conjux post tanti mariti obitum nunqvam de ineundo iterum matrimonio cogitavit, sed perpetua viduitate Lutherum suum ad cineres usq; constanter luxit. Witebergam qvidem, cum Electori restituta pacataq; esset, una cum liberis suis iterum reversa est ibiq; piam vitam duxit, donec A. 1552. pestilentia per urbem non mediocriter grassante, venditis qvæ Witebergæ habebat, Torgaviam petiit ibiqve qvod superesset vitæ transigere constituit. In itinere autem furentibus eqvis desiliens de curru, gravi lapsu afflicta, non diu post, die nempe vigesimo Decembris beatam mortem obiit Torgaviæ, annos nata tres supra qvinqvaginta. Ibidemq; in templo parochiali sepulta est, ubi hoc ejus monumento inscriptum Epitaphium hodieq; visitur, qvod hic inseruimus acceptum beneficio Max. Rev. Dn. D. *Joh. Hofkuntzii*, Superintendentis hodie Torgavienſis meritissimi.

§. 33. Academia qvoq; Witebergensis Torgam tunc ob grassantẽ pestilentiæ luem translata, id dedit meritis Lutheri, virtutibusqve beatæ Matronæ, ut publice indicto funere exeqvias ejus celebraret, ceu constat ex programmate qvod legitur in intimationibus Witebergensi.

bergensibus editis A. 1553. 8. & qvoniam suprema beatæ fœminæ fata paulo diligentius describit, hoc loco à me integrum adjicetur, atqve ita universæ de Catharina Lutheri commentationi imponetur finis.

Vice RECTOR *Academiæ Witebergensis.*

PAULUS EBERUS.

ESt vere tragice dictum ab Euripide de miseria generis humani & infinita mole ærumnarum, qvas sustin& hæc infirma natura.

Οὐκ ἔστιν ἄλλο δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος
Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορᾷ θιγγάνει
Ἧς οὐκ ἄν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Qva sententia, cum ea in Theatro Athenis pronunciaretur, ita commotus est Socrates, vir Delphico oraculo judicatus sapientissimus, ut surgens alta voce inclamaret histrionem, eandemqve sententiam repetere juberet. Omnino testatur experientia, multos homini evenire tristissimos casus, qvorum ne cogitatio qvidem unqvam in mentem venerit antea.

Etsi autem ratio humana omnibus temporibus causas qvæ sunt tantæ miseriæ in hac præstanti & Deo similima natura, tamen sola Ecclesia divinitus edocta non causas solum scit harum ærumnarum sed auxilium qvoq;, unde petat, habet, & tutum portum prospicit, qvo se liberatam ab his ingentibus malis tandem perventuram videt, ideoq; etiam fert præsentes ærumnas patienter, & auxilium Dei implorat & scit preces suas non esse irritas, sed aut liberationem aut mitigationem malorum impetrare, & hac se spe sese sustentat, qvod restet tandem liberatio, allatura æternam gloriam & lætitiam in æterna consvetudine cum Deo & Domino Jesu Christo, redemptore & liberatore suo. Hac spe se etiã erexit in magnis calamitatibus pia matrona Catharina a Bora, nata ex nobili familia eqvestris ordinis in Misnia, conjunx Reverendi & Sancti Viri Domini Doctoris Martini Lutheri. Nam cum acerbissimum vulnus accepisset ex morte mariti, qvem dolebat in alio loco esse extinctum, ubi ægrotanti adesse & præstare fidem & extrema officia piæ conjugis morienti non potuerit, mox subsecuto bello, cum orphanis liberis circumerravit in exilio maximis cum difficultatibus & periculis, & præter viduita-

duitatis incommoda, qvæ multiplicia sunt, etiam experta est magnã ingratitudinẽ multorum, a qvibus sperans beneficia propter mariti sui ingentia merita publica in Ecclesiam sæpe turpiter frustrata est.

Tandem cum contagio pestilentiæ etiam domꝰ ipsius est infecta, ut liberos ex periculo eriperet, qvod piam matrem decet, iterum exilii difficultates suscepit & in itinere cum consternati eqvi currum per avia rapturi viderentur, territa misera matrona, non tam sua, qvam liberorum causa, ex curru desiliens, corpus in terram graviter allidit & in lacunam frigidæ aqvæ labitur, ubi præ consternatione animi, præ afflictione corporis ex illo casu, in morbum gravem statim incidit, qvo assidue decumbens amplioꝰ trimestri, in exilio paulatim contabuit.

Toto autem morbi tempore se ipsam consolans voce Dei sustentavit & ardentibus votis placidam migrationem ex hac ærumnosa vita optavit, sæpe etiam Ecclesiã & liberos suos Deo commendavit & precata est, ut puritas doctrinæ, qvam Deoꝰ per mariti vocem huic postremæ ætati reddidit, incorrupta ad posteros transmitti possit.

Ei funus fiet hodie hora tertia, petimus igitur, ut auditores nostri omnes conveniant ad hospitium ipsius qvod est in proxima platea, qva itur ad arcem & hoc postremum officium præstent honestæ matronæ, ut testentur, se magnifacere ipsiꝰ viduæ pietatẽ, qvæ egregia in ea luxit in tota vita, & orphanorum luctu gravissimo affici, & memores esse meritorum patris, Domini Doctoris Martini Lutheri piæ memoriæ, qvæ tanta sunt, ut ea nulla vox satis celebrare pro magnitudine possit, & simul preces conjungant, orantes Deum æternum Patrem Domini nostri Jesu Christi, ut Evangelii Lucem, qvam per hunc virum immensa bonitate denuo hac postrema ætate mundi, accendit, puram conservet, & ejus fideles doctores & propagatores tueatur ac regat, & politias protegat, qvæ Ecclesiis & Scholis hospitia mediocria præbent. Torgæ, die Thomæ Apostoli. Anno 1552.

Jam, pie & cordate lector, ilicet,

MOLLITER OSSA QVIESCANT!

Ad paginam 62.

Zc 4927

2.5414
Qs.190.

Q. B

JO. FRID.

S. S. Th. Doct. P. P. Auguſt

in Sacris Primar. & ad

D

CATHARINA LU

Diſſe

Reſp

MICHAELE R

Solenni

Die 17.

HAMBURGI, Typi

Et Lipſiæ apud T

X 20 S 5 12 9

THECA
AVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-85341-p0069-6